




vh. Mus. Bibl. / Lep





# THEOLOGIA JESAIANA,

<sup>e</sup>  
TOTO VOLUMINE JESAIÆ VATIS,  
secundum seriem Locorum Theologicorum omnium  
breviter delineata,

<sup>ac</sup>

PRÆSIDE

*VIRO summe Reverendo atq; Excellentissimo*

DN. JO. HENRICO MAJO,  
SS. Theologiæ Doctore, ejusdemque &  
Linguar. Orientis Professore Ordinario celeberrimo,  
Ecclesiarumque Alsfeldensis Marburgensisque distri-  
ctus Superintendente meritissimo, Consisto-  
rii Assessore gravissimo, &c.

*Domino, Patrono, Præceptore atque Hospite  
omni observantia & obsequii cultu devenerando,*

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJECTA

dic 7. Augusti MDCCIV.

H. L. C.

<sup>a</sup>

CHRISTOPHORO HENRICO DORNEMANN,  
Hamb.

---

GISSÆ- HASSORUM,

Typis HENNINGI MÜLLERI.

THEOLOGIA  
JESAIANA

TOTO VOLUMINE JESAE VATIC  
lecturam sicuti Locorum Theologicorum omnium  
Præficeri debentur

PRÆSIDI

DN. JO. HENRICO MAJO

SS. Theologie Doctori eiusdemque &  
Linguarum Græcæ Professori Collegio celeberrimo  
Kœchelinianæ Altekloster Nidburgensiæ distri-  
ctus superintendens in ecclesiâ Consilio  
in Altheim gravissimo &c.

Publico ERUDITORUM EXAMINI SUBJECTA

CHRISTOPHORO HENRICO DORNBANK

THE. HENNING MULLER





LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. JOH. HENRICUS MAJUS.



Rodit nunc etiam in tuum Eccle-  
 siæque conspectum *Theologia Jesaiana*, 2  
 Nobilissimo Juvene, DN. CHRISTOPHO-  
 RO HENRICO DORNEMANNO,  
 Hamburgensi, Auditore meo & Convicto-  
 re, ob solidæ eruditionis, modestiæ, aliarumque virtutum  
 studium, hisce temporibus, quibus omnia fere in barba-  
 riam & impietatem ruunt, oppido rarum, mihi ac omni-  
 bus bonis longe charissimo, magna cum diligentia, nec mi-  
 nore cum judicio collecta. Meæ hic nullæ sunt partes, nisi  
 hortatoris, suavis & approbatoris. Cum enim suo me-  
 rito laudatus DORNEMANNUS specimen aliquod piæ  
 sanctæque eruditionis daturus, me ante biennium & quod  
 excurrit interrogasset, quid suaderem publico propo-  
 nendum, feci, quod ab *Ambrosio* factum *Augustinus* confi-  
 tetur, qui se sciscitantem, quid potissimum legendum pu-  
 taret, quo percipiendæ gratiæ divinæ paratior aptiorque

esset, monuerit, ut *Esaiam* Prophetam evolveret. Veruntamen idem Nostro accidit, ceu ipsemet ingenue de se confiteri non erubescit, quod *Augustinus* usu venisse sibi aperte palamque affirmavit, ut primam ejus lectionem non intelligens, totumque talem arbitrans, distulerit repetendum exercitior in dominico eloquio. Quod consilium certe adeo non improbandum est, ut potius laudem commendationemque mercatur haud exiguam, dummodo non *Hafelbachianos* meditemur commentarios. Nam sive grande dictionis genus hujus Vatis, sive *universa Domini Sacramenta*, quæ ejus Liber, *Hieronymi* judicio, continet, æqua lance, ut par est, pensitentur, minime dubitari potest, quin Lector requiratur, qui per habitum sensus exercitatos habeat, inque Theologia Prophetica haud tantum, sed & in omni literarum genere versatus nonnihil sit. Siquidem, ut iterum D. Patris utar verbis, tam natus de virgine *Emmanuel*, quam illustrium patrator operum atque signorum, mortuus ac sepultus, & resurgens ab inferis, & salvator universarum gentium predicatur. Quid loquar de *Physica, Ethica & Logica*? Quicquid sanctarum est *Scripturarum*: quicquid potest humana lingua proferre: & mortalium sensus accipere, isto volumine continetur. Propter hanc mysteriorum multitudinem & perspicuitatem haud abs re *Jesaias Evangelista* aliis etiam Patribus, præter *Hieronymum*, ut *Cyrillo Alexandrino*, & *Eusebio* in fragmentis de vita Prophetarum, audit: eaque res invitare omnes ad lectionem illius promptam & assiduam debet, cum hic sponte se offerant & abunde cuncta legentibus, quæ alibi e sacris voluminibus magno cum labore conquirenda sunt. Afferit equidem hic ipse Vates alicubi, *Visonem omnium fore*



fore sicut verba libri signati; sed quo sensu & quibus id dicatur, satis planum arbitror, nimirum, ut breviter *Lutherus* ait, non vitio *Scripturae*, quod obscura sit, sed vitio lectorum, qui caecos oculos afferunt: vel, quemadmodum *Hieronymus* de Phariseis & Scribis, quos praecipue signari existimaverim, licet alios eorum similes etiam intelligi posse, imo debere, haud negaverim, explicat, & hanc ob causam obsignatum eis librum esse, scribit, quoniam non receperunt eum, quem signavit Pater: qui habet clavem David: qui aperit & nemo claudit: qui claudit & nemo aperit. Qui non attendunt ad firmiorem sermonem Propheticum, qui non ad legem & testimonium in rebus dubiis recurrunt, ceu sacram anchoram, & regulam infallibilem, ii non possunt non cespitare, errare & garrire verba, quibus nulla est aurora & verae lucis scintilla, ut ad illa Vatis nostri (Cap. VIII. 20.) verba, prout *Ledebubrius* exponenda putat, mentem reflectam. Jussus fuit Propheta exarare אֲנֹכִי בְרַרְט אֲנֹכִי stylo hominis, i.e. vulgari, quo homines scribere consueverunt, non duntaxat partem quandam visionum vel verborum suorum, sed omnia Dei Sacramenta revelata in isto grandi volumine, quod nunc legimus, *Hieronymo* teste, ut a quibusvis *Scripturae* non ignaris legi, & a lectoribus attentis intelligi possint. Nihil enim opus est torquere verba & allegorice explicare per *σεμνότερα εἰς εἰς*, quod *Huetius* contendit, iusta propterea censura a *Wilsio* notatus: aut divinare, & in dubium vocare *אֲנֹכִי בְרַרְט* sive *γνησίον* huius libri, cum maleferiato *Spinoza* in Tractatu famoso, quem *Theologo-Politicum* inscripsit, & statuere, non esse eum (Cap. X.) ipsum librum, in quem vaticinia sua conjecerit *Jesaias*, sed tantum compilationem fragmentorum, hinc in-

de collectam, potissimum vero ex Chronicis Regum Judæ & Israëlîs descriptam, ceu ex disturbato ordine liqueat. At vero ordinem seriemque temporum decore observari, multis ostendi rationibus posset, nisi res ipsa loqueretur; neque enim cum *Huetio* hoc damus auctori, aut telum valde in illum retorqueri posse opinamur, quod ex confuso ordine potius appareat, non esse id humanæ mentis opus, sed afflatu potius cœlesti instinctæ, ac res futuras per intercisa & salebrosa pendens oracula, quorum obscuritas per ipsos demum eventus rerum sit illustranda. Digna hæc sunt Delphicis oraculis, non sacris & cœlestibus, quæ Deum habent autorem omnis ordinis, & confusionis osorem, *ἐπιπροφητεῖς Ἐπιπροφητεῖς Ἰσραὴλ* in Prophetis cū primis indicantur. Verum hæc atque talia disceptare, nequaquam institui in præsens; sed commendare solum institutum Auctoris eximii hujus Opusculi, meumque erga illum pariter & plurimum Reverendum ejus Parentem, Verbi divini Ministrum apud Hamburgenses fidelissimum ac meritissimum, haud vulgarem amorem publice declarare. Neque tamen hoc, quomodo digne satis præstare possim, nunc invenio, nisi vota suffecerint pia, quibus abeuntem & absentem semper prosequar, precatus, ut propitio Deo, & favente patria, quæ bono viro ubique est, nanciscatur aliquando spartam dignam studiis bene laudabiliterque per multos annos in Gymnasio patrio, Academia Gießena & Altorffiana, sub optimis & celeberrimis Præceptoribus, PLACCIO, ANCKELMANNO, EDZARDO, WAGENSELLIO, STURMIO, RÖTENBECCIO, GERHARDO, aliisque, transactis. De prop. Gieß. d. XXVIII. Jul.

A. O. R. M DCCIV.

LECTO-




LECTORI  
SALUTEM  
AUTOR.



*L*ngenio, in me quod sentio quam sit exiguum, ni-  
mium tribuere & genium seculi ignorare, ob-  
scurus quum tamen is esse nequeat in quadam  
modo luce versato, videri possem, rem arduam  
ac laboris magni aggressus, Theologiam Christianam e Vatis  
maxime omnium illustris, totius ecclesie ac mundi fata, di-  
cendi

cendi charactere magnifico ac adeo quoque difficili, curate docentis oraculis, delineans, ni instituti ratio me excusaret ac ab omni hic crimine purgaret. *Ista autem hac est: Specimen profectuum in Theologia studio Venerandi Parentis jussu, cui immovigerum esse nefas natura dicitur, mihi quum edendum erat, e Vate primario Theologiam ut traderem veram & antiquam cum Christiana eandem, Magnificus Dominus Praeses, praeceptor meus aeternum venerandus, autor extitit; illius nutus mihi pro imperio esse duxi, ac ad ingrediendum hoc, quicquid est operis an oneris? animum statim applicavi; sed in ipso ingressu impenetrabilem adhuc mihi, prouti Augustino catechumeno fuit, esse Vatem summum deprehendens lectionem ejus distuli ultiores ad progressus in eloquiis Domini, atque adeo post biennium demum resumsi, observationibusque praecipuorum Doctorum antiquorum pariter & recentiorum, quos subinde citatos reperies, adjutus, vires quid valuerint ac ferre recusarint, ostendere volui. Veniam itaque dabis, forte si qua sint, quae censuram merentur, judicio piorum in ecclesia Christiana Doctorum ea, qua par est, animi modestia juveniles conatus submittent. Vale, ac sphaemata, quae non adeo multa forte erunt, benevole corrige.*


  
 יעמנוא



פרומוגומנא

PROLEGOMENA  
DE  
THEOLOGIA PROPHEtica.

§. 1.



Theologia Veteris Testamenti Prophe-  
tica una eademque quoad substantiam est  
cum Theologia Novi Testamenti Evan-  
gelica, variis licet seculorum œconomiis  
πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως a Deo per Prophe-  
tas & Apostolos utraque sit propo-  
sita: non minus adeo curandum est verbum Prophe-  
ticum, quam Apostolicum; ab eodem qui-  
pe Spiritu Sancto acti locuti sunt Viri Dei,  
ac Prophetae quidem de Gratia in Christia-

nos conferenda vaticinati, ἐξελητήσαν καὶ ἐξερένησαν περὶ σωτηρίας  
ψυχῶν, imò ἐρευνῶντες εἰς πῖνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλω τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα  
Χεῖρὸ προμαρτυροῦμενον τὰ εἰς Χεῖρὸν παθημάτων, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα  
δόξας, administrarunt Apostolis ea, in quæ ip̄i introspicere cupiunt  
eccelestes genii, è 1. Petr. I, 10. II. 12. Oeconomiam scilicet divi-  
nam Veteris & Novi Testamenti omnem cum hominibus. Conf.  
Ephes. III, 2. 10.

§. 2. Spiritus sane Prophecia ex Apoc. XIX, 10. est ἡ τῆ ἰησοῦ in Jesaja lu-  
μαρτυρία, vel τὸ μαρτυρεῖν ἰησοῦ, ἀφ' ἧσιν ἀμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τῆ ἀνά-  
μαρτῆ αὐτῆ πάντα τὸν πειρασμὸν εἰς αὐτὸν, ex Act. X, 43. maxime unde  
insignis inter Veteris Testamenti Prophetas erit testimoniis de Jesu lu-  
culentissimis omnium locupletissimus Jesaias, Veteris Testamenti Evan-  
angelista potius quam Propheta veteribus jure dictus, mysteria di-

A

vina

vina, quæ alii etiam tacent Prophetæ, exponens omnia *Ἰερώνυμος*. Oraculis adeo ejusdem firmissimis, quibus, uti reliquorum Vatum Sermonibus, Deum locutum esse jam a multis seculis constabat Petri tempore, tanquam lucernæ lucenti in loco caliginoso, attendere, pulcrum est ac homine Christiano dignum; inprimis, cum *θεοφάνης* locutus sit Jesaias ea, 2. Petr. I, 19-21. quæ omnium temporum doctrinam ac adeo etiam salutis nostræ rationem nobis revelarent.

ac ex eo, ut  
verbo divi-  
no omni, u-  
nicè hauri-  
anda.

§. 3. Veræ enim religionis principium ipsum verbum est propheticum, interpretis cujus sapienscule fuit publicus ipse Christus, quo sine nil docuere Evangelistæ & Apostoli in Novo Testamento: non enim nisi DEO revelante verum Dei cultum affequantur mortales. *Unice Jehovah Deus noster est doctor noster ac in via regia ductor*, e *Jes. I, 3. XLIX. 17. ad eum omnes IIX, 19. 20. remittantur a Christo consulendum de vero Dei cultu rationeque salutis suæ: Numne, dicitur, populus prudens Deum suum consulat, ac ab ejus ore pende- bit? Utique: לחורה ולחוררה ad legem & testimonium omnes recur- rant, ni dixerim verbum simile ei, cui non est aurora, verbum nempe futile. In lege enim & testimonio Deus omnem salutis æconomiam patefecit; inde ea repetenda est, omnique requirenda studio, Deus ipse prout imperat XXXIV, 16. ajens: דרשו è libro *Jehovæ*, quo do- ctrinam salutis conscribi curavit Deus. Exulare adeo hinc oportet non autem ex ratione, omnem rationem humanam, cui quippe est stultitia vera religio ac Theologia; peritura enim *sapientia sapientum ac abscondenda prudentium mundi prudentia est XXIX, 14. coram Deo coll. I. Cor. I, 18. 19. 20. vere ut fidelis provocare possit omnem mundi sapientiam, exclamando: Ubinam σοφός in libro legis? Ubinam γραμματεὺς, verbo- rum legis accuratus ponderator, omnia subtilissime librans? Ubinam συζητητὴς τῶ ἀϊών & τέτα, de splendidis & magnis in hoc seculo disputans argute, vel operibus præfectus publicis, ac ἀρχων τῶ ἀϊών & τέτα? Varenio, e XXXIII, 18. coll. I. c. Pauli. Mundi sapien- tia est coram Deo stultitia, nec fidei mysteria, vel σοφίαν ἐν τοῖς πηλείοις i. e. σοφίαν Θεῶ ἐν μυστερίῳ in gloriam nostram a Deo ab æterno ordinatam, mundique principibus ignotam, apprehendit LXIV, 2. 3. coll. I. Cor. II, 6-10. Exulare hinc necesse est, traditiones non ac traditi- onibus non scriptas, cultus Dei verus ex iis cum non habeatur, ac omnis Dei ti- scriptis.**

mor

mor originem e traditione extra Dei verbum trahens sit coram Deo solum inventum vanum, juxta prudentiam humanam, majestate privans Dei verbum, solum quo recurrendum nobis est, Deoque a teo exosum XXIX, 13. Imo quoque revelationes erroneas quasvis, ab iisdem ad legem & testimonium cum revocemur IIX, 20. quæ a multis seculis veritatem Prophetiæ demonstrarunt, cujus dignoscendæ notas videas apud *Wisium* Miscellaneorum factorum L. I. c. XV. fufe.

§. 4. Solum adeo verbum Propheticum ac Evangelicum Veteris ac Novi Testamenti scripto consignatum erit id, ex quo fidei Sola enim Scriptura S. Theologiæ capita haurienda etiam nobis erunt: id, quo *nos docet Jehovah vias suas* II, 3. *camus quo in semitis ejus* ac *simus Theodidaxtoi* omnes seu a est principium. *Deo edocti*; ut scilicet Deo intus docente audientes & discentes cognoscamus Jesum & credentes in nomen ejus justificemur, e LIV, 13. ac vitam æternam habeamus. Illud adeo erit, considerationi nostræ quod ante omnia subjiciendum, Theologiæ cum sit principium cognoscendi, quam ex *Jesaiâ* cum Christiana eandem eruere Deo O. M. propitio annitemur.

## DE

## SCRIPTURA SACRA.

## §. I.

**O**economiam salutis variis olim modis, de quibus videatur *Wisius* l. c. C. III—VI. ac XII. a Deo revelatam mortalibus per Dei amicos, Vates, atque adeo etiam *Jesaiam*, literis tandem in omne ævum duraturis consignatam esse, ne tempori tandem cedere cogeretur ejus memoria, ipsa arguit Scriptura, ab actu scribendi externo, quo prophetiæ Dei jussu conscriptæ sunt a Prophetis XXX, 8. ita dicta, ac merito, sola cum digna sit, ut scribatur. Duplici autem ratione geminoque sine scripta a Prophetis oracula fuisse; primo patentibus tabulis loco conspicuo affigendis, ut, postquam prædicata essent, legi publice a quovis possent, dein libro, ut perennarent, num l. c. doceatur, prout *Wisius* l. c. Cap. XIII. equidem ex eo colligit, expendere hujus non erit loci, cum sufficiat, scriptis mandata oracula Prophetarum jussu divino eo tempore, quo prædicata fuere, ac divina providentia ad nostra tempora servata incorrupta: id manifestissimum est, cum dicitur: *Veni, inscribe hoc tabula apud*

eos & in libro exara istud, ut sui temporibus sequentibus in sempiternum usque in Seculum. Omni itaque jure eadem Sacra appellatur Scriptura, a Deo Sancto utpote VI. 3. ortum trahens, deque eo sancta docens,

**onymia,**

§. 2. Vocatur Scriptura Sacra etiam Jesaia דבר יהוה I, 10. XXII, 13. 14. LXVI, 5. II, 3. דבר אלהינו XL, 8. (2. דבר semper utpote quod in Ecclesia docendum est IX, 7. XLV, 23. L, 4. ipse Deus cum id dignetur appellare verbum suum, uti est ei דברי in LV, 11. LXVI, 2. &c. (3. דברי דברי XXIX, 18. (4. תורה doctrina II, 3. ubi idem est cum יהוה דבר. II, 16. 20. cum תעודה idem: in XLII, 21. LI, 4. ubi idem cum יהוה משפט יהוה. In I, 10. dicitur תורה אלהינו XXX, 9. תורה יהוה. imo Deus vocat eam תורתו V, 24. יהוה צבאות ubi dicitur simul אמרת קדוש ישראל in XXII, 2. 3. vocat Scripturam Sacram Deus ipse: קול אמרה ac suum: in XXXIV, 16. dicitur univ. versa Scriptura דבר יהוה. Notatur autem Codex sacer univ. versa nomine libri Domini, ex quo Jesaia Prophetia, relique scripturae Moysi & aliorum addita, requirenda est diebus ultimis: Unde non male *Abera Esra* librum decretorum divinosum intelligi docet h. l. œconomicorum scilicet modo eum intelligat.

**Causa efficiens principalis,**

§. 3. Princeps Scripturae causa Deus est Trinus, cum sit verbum Dei ac ejusdem vocetur liber, Jehovah, Dei secundum essentiam, unius: mentem enim Dei solus revelare potuit ac patefecit Deus omnibus antea ignotam mortalibus XL, 13. 14. Inde frequens est Jesaia אדני יהוה צבאות / הארון יהוה צבאות / יהוה צבאות, אלהי ישראל / אלהי ישראל / דבר יהוה ac אלהי ישראל / Os Domini Jehovah locutum est, Jehovah אלהי Israel locutus est XXI. ult. Is conceptus non solum rerum exprimendarum, sed & verborum, quibus rerum conceptus exprimendi, amanuensibus suis communicavit ac inspiravit, imò per eos locutus est, iisque in calamus dictavit omnia, ac impulsu interno ad actum loquendi & scribendi excitavit: unde verbum Prophetarum verbum est Dei omni ea ratione, qua sensum intelligenti atque in illa conscientia quiescere potest, atque adeo etiam quoad voces, syllabas & literas, quatenus salutaris sensus indicandi instrumenta sunt, agente Cœco in Esaia Prophetiam curis majoribus, cui impossibile dicitur alibi, prudentia & arbitrio Dei amanuensium delectum vocabulorum fuisse commissum, cum multa enigmatica per Prophetas dicta fuerint, in quibus

ferri.



significationem Spiritus servati. Omne exiit ex ore Jehova LV, 11. isti est attribuendum. Os Jehova enim istud præcepit, quod libro Jehovæ literis mandatum est, ac Spiritus ejus ea collegit omnia XXXIV, 16. quæ in libro Domini extant, ac ad librum Domini requiruntur, quo sensus inde nobis pateat, adeoque non solum literas sed etiam vocales atque accentus. Externo mandato ad descriptionis actum excitavit Deus quoque amicos suos, e Cap. XXX, 8. ac IIX, 1. iisque injunxit Prophetiarum descriptionem, ostentui quo esset Judæis olim, omnique eorum posteritati in hunc usque diem, nobisque cum illis.

§. 4. Ministri adeo vel amanuenses Dei a Deo in actu scribendi unice dependebant, Deoque inspirante, scripserunt; ac locuti sunt oracula divina; quin eorum ore Deus locutus est, de Jesaja quod testatur Paulus in Actis XXII, 25. &c. ajens: Bene locutus est Spiritus S. per Esaiam Prophetam: dicens ipse. Eo respicit θεομύεσις frequens formula: Sic dixit Dominus; uti & יהוה אמר. Inde Jesaias XXI, 10. ait: Quæ audivi a Jehovah Domino Zebaoth Deo Israelis, indicavi vobis, ac sæpiusculæ visionem sibi indicatam docet, præsentionem non semper oculorum sed etiam animi, qua vidit ac percepit Dei verba populo eloquenda. Unde cuivis manifestum erit, θεομύεσις non loqui de se, ut Deum representent, ac, quæ autoritatis divinæ sunt, sibi attribuant; sed omnia Deo inspirante proferre, ut adeo obnoxii non sint errori, sed immunes ab omni memoriæ lapsu, nec unquam fallere voluisse ac potuisse præsumendi; In auribus enim Prophetæ Jehovah Deus exercituum est loquens revelatus, resonat in eis Dei verbum V, 9. XXII, 14. juxta Coccejum: Loquitur Jehova ad Prophetas in roboratione manus, Spiritus insigni efficacia de rebus arcanis, secretum: adeo ut persuadeat eis omne IIX, 11.

§. 5. Verba adeo singula, phrases & periodi in Sacro Codice occurrentes singula a Dei inspiratione proficiuntur, ac sermo-  
Materia ex  
qua.  
ne Ebræo in Veteri Testamento Græcoque in Novo exarata habentur, stylo pro scriptorum ingeniis, moribus ac affectibus vario. Unus tamen idemque Spiritus per omnes locutus est, perinde ut status ano ore emissus pro calamorum varietate varios ex organo edit sonos, per Jesaiam sublimi & eleganti, per alios simplici sermone, ad indolem ac conditionem amanuensium se accommodante Spiritu S. cum, si voluisset, simplici stylo oracula per Jesaiam proponere,

per alios sublimes, itidem potuisset; male proinde ut concludatur, ex diversitate styli, verba non esse Spiritus, S. cuius *συγκατάβασις* sancte potius colenda est quam curiosius rimanda. Idem ille Spiritus lingua Patriarcharum Ebræa, eadem cum Phœnissâ seu Cananarâ, aut certe paululum diversa, *Grotio* ad XIX, 18. docente, in Veteri Testamento mentem Domini consignari curavit, populus Dei utpote qua adhuc tum utebatur, quum *ex Zione exivisset doctrina* salutaris & *verbum Jehovæ ex Hierosolymis* II, 3. qua eadem, velut qua solum est authentica Scriptura Sacra Veteris Testamenti, nos a depositoribus verbi divini V. Testamentum requirere oportet. Græca autem in Novo Testamento inter Judæos pariter ac gentes fere omnes eo tempore usitatissima in revelanda mente sua usus est, populo contumaci XXIIIX, 11. ut *Jesaias* jam prædixerat, nobis se accommodans.

§. 6. Objectum Scripturæ Sacræ in genere sunt res divinx, vel ea, quæ os Domini præcepit ipsum, *Varemo* ipse Filius *ὁ λόγος* h. l. ac Spiritus ejus ipse collegit omnia, e XXXIV, 16. ad duo præcipua ac summa capita quæ revocari possunt, *Legem* nempe & *Evangelium* VIII, 20. Christum, legis finem ac Evangelii nucleum, uti centrum respicientia, de quo ex *Act.* X, 43. omnes vaticinati *Prophetæ*.

§. 7. Scriptura Sacra qua ratione ab omni alia distinguatur ac in esse suo, ut ajunt, constituatur, ex dictis jam non erit judicatu difficile: *θεοπνευσία* prout terminata est ad rerum & verborum conceptus Scripto exprimendos in intellectu Scriptorum, de qua jam actum est, id demonstrat clare, quo id est, quod esse dicitur Scriptura Sacra, & vere divina.

§. 8. Omnis itaque homo citra omne ordinis discrimen Scripturam *θεοπνευσίαν* legere debet; omnibus enim promiscue id mandatum est XXXIV, 16. *קראו* *quarite* ex libro *Jehovæ*, Scrutamini Scripturas *Joh.* V, 39. ac *קראו* legite ea, quæ in libro illo habentur, eo quo erudiamini. Omnes quoque olim ad audiendum Dei verbum invitati sunt homines XXXIV, 1. XXIIIX, 14. XLVI, 3. ac quidem illud, quod jam literis consignatum est; quidni ergo illud cæli terræque munitum testimonio scrutemur I, 2. ne cælum & terram compellere cogatur Deus contra improbos, causam suam cum iis ut disceptet? Imo promiscue in Veteri Testamento plebem Scripturam

pturam Sacram legisse, docere poterit observatio illa celebrium interpretum Scripturæ non contemnenda, quod Prophetæ, concione ad populum habita, brevem ejus summam collegerint, quam valvis templi affigerent, ut omnibus pateret & melius innotesceret prophetia; quæ, cum per aliquot dies satis patuisset, auferebatur per ministros templi atque reponebatur in thesaurum, ut perpetuum ejus rei monumentum extaret, unde confectos esse libros Prophetarum verisimile *Calvino* dicitur ad *Jesaiam*: idque colligi posse docet ex *IIX. 1.* *Jesaiæ*, quo illum Deus ita compellat: *Sume tibi volumen magnum ac scribe in eo stylo humano: Pro מחר שלל חז בן*. Volumen (membranam, quæ convolvi ac evolvi possit, מלון Ebræo, *Grotio*) conscribi Deus vult stylo hominis i. e. apte ad legendum, ostentui quo esse posset, de pariete suspensum, ac in posteritatem quoque legi cum aliis collectum h. l. Nostram ad instructionem servatas esse prophetias, omnium sane certissimum.

§. 9. Erudire enim nos de via salutis æternæ Scripturam, ex eo manifestum est, quod ad legem & testimonium respiciendum sit omnibus, qui auroram sibi orientem exoptant, lucem doctrinæ salutaris perfectam, quam salus sequitur æterna *IIX. 20.* quo forte *LXX.* Interpretum tendit versio, *ἵνα ἐπιπρωτον εἰχ' αἰς τὸ βῆμα τῆς, καὶ εἰς τὴν ἐστὶ δῶρα δῶρα καὶ αὐτῆς*, Scripturam a Deo datam declarans æternum ab omnibus laudando, quod rationem salutis nostræ non in occulto sed palam docuerit, primo homini ac Patriarchis apparens ac visionibus se sistens per Filium suum; post generis humani incrementa, vitamque hominum brevem cœlestem doctrinam vivâ voce incorruptam servari non posse videns, scripto comprehendi voluerit divinarum revelationum summam, quam qui recipit Deum audit loquentem *e Solyms vias ac semitas suas docentem II. 3.* Quis ergo nisi stolidus diurna nocturnaque manu non versaret Scripturam, eamque scrutaretur?

§. 10. Eo inducetur, divinam Scripturæ autoritatem diligenter expendere qui non detrectaverit, tantam nempe, quæ intellectum cujusvis in assensum voluntatemque in obsequium sui alligere debet, cum a Deo per θεοτι τοῦ γινῶν dependeat, summe veraci, ut nec fallere nec falli possit, summeque potente, ad obsequium sui ut obligare nos valeat, major ut adeo ne quidem excogitari possit autoritas.

Finis cujus.

Affectioni  
prima est  
autoritas  
divina Scri-  
pturæ S. de  
qua docet.

toritas. Innotescit autem hæc Scripturæ a Deo dependentia nobis e variis criteriis, Scripturæ partim insitis, partim extra Scripturam aliunde petitis. Declarant enim divinam Scripturæ originem (1. styli

1.) Simplicitas styli cum gravitate conjuncta

simplicitas sine omni fuce cum gravitate Deo digna conjuncta, maxima mysteria nude docens ac proponens omnibus, etiam refractariis, maxima cum fiducia, Deus quod locutus sit ea: non autem sine elegantia omni est hæc simplicitas, præsertim in Jesaia, cujus quippe dictio purissima inter omnes, qui post Mosen fuere, ac evocata pulcherrimæ Grotio merito dicuntur, Græcorum unde

2.) Veritas historice & dogmaticæ.

eidem comparat Demosthenem. (2. Historiarum & dogmatum infallibilis veritas, testem sui gentium habens traditionem. *Unum di-*

*ud non desiderat, unum ex illis non deest*, quæ libro Domini dicuntur, e XXXIV, 16. cum alias verba quibus non est aurora sint verba humana IIX, 20. falsitatis sine multo labore convincenda, de ratione scilicet salutis nostræ docentia. Ex eo autem, quod os Domini locutum est, verbo Prophetico fides conciliatur sapius Jesaie nostro, omnium hinc utpote verissimo, eventus quod vaticiniorum de rebus futuris, ac quidem istis, quæ non nisi à Deo certo præsciri ac prædici queunt, uti sunt adventus Messia, Ecclesiæ fata, quæ inter emittit olim populi Dei liberatio per Cyrum, cujus nomen & gesta ducentis annis fere prius quam existeret, descripsit Jesaia, magnorum imperiorum erectio & interitus, confirmat. *Stabilit enim Deus verbum servi sui ac consilium legatorum suorum perficit* XLIV, 26. omnium, a Spiritu suo ipsis revelatum, provocare Deus ut possit populum ad testimonium hisce sibi dandum XLIV, 8. Objici equidem posset prophetis multis non respondere eventum ex eo, quod Hiskia mors XXXIIX, 1. Dei jussu a Jesaia sit annuntiata, cum tamen a morbo recreatus ad quindecim annos supervixerit. Sed, modo notetur, mortem l. c. sub conditione hac, ni insigni respiceret & validis precibus curationem prodigiosam impetraret, à Deo per Jesaiam prædici, neque enim irrevocabilem se audire vicinæ mortis sententiam existimavit Hiskias, misericordiam Dei cum imploravit, ex *Wisio* lib. cit. Cap. XV. §. 43. Prophetia veritas facta testata manebit, nec Jesaiam ante consilium Dei probe perceptum mortem Regis pronuntiasse cum *Molineo* erit dicendum, pugnaque omnis erit sublata, quam nullibi in Scriptura Sacra revera esse, harmonia

DE SCRIPTURA SACRA.

monia Veteris & Novi Testamenti, ex eo, quod os Domini omnia praeceperit, ac Spiritus ejus ipse collegerit, quae in utroque habentur, deducenda, demonstrat omnibus miranda. (3. Sanctitas, ratione omnium praeceptorum circa Dei cultum, ac officia, quae nobismet ipsis & proximo debemus, summa, qua nihil excogitari potest Deo dignius omnium Sanctissimo. Spectat eo sane verecundia ipsius Sacrarum literarum styli, ea, qua voces ἀπρωτέγας, quarum in profanis libera sit lectio, etiam legi noluerit Spiritus Sanctus aut enunciari in Sancto Sanctorum, sed per τὸ ἀγνώστους περισσώτεγας per vicaria alterius vocis puncta hic consulere delectatus fuerit XXXVI, 12. alibi que, Varenio. Testatur de divina Scripturarum origine (4. Ecclesia longe lateque per orbem terrarum sparsa, quam in mendacium conspirasse ejusmodi, ut libros eos, quos sacros dicimus, deo consignatos traderet, incredibile est. (5. Veneranda omnibus antiquitas gentium probata testimoniis H. Grotio de Veritate Religionis Christianae L. 1. §. 16. ac denique (6. miraculosa conservatio literarum Sacrarum. Vid. Lib. III. Grotii de Veritate Religionis Christi. integer, autoritatem librorum veteris & novi Foederis fufius docens. Fide autem divina quo agnoscatur origo Scripturae Sacrae, testimonio Spiritus Sancti interno opus est de ejus divinitate, quo in doctis vel discipulis Domini seria inculcatione obfirmatur verbum divinum, ut intelligatur & observetur, IIX, 16. ab ipso Domino Doctore & ductore unico, ex XLIX, 17. m. 2. Imo, ait Coccejus de verbo prophetico, si id, quod in nobis efficitur per Scripturam, comparemus cum Scripturae praeiudicatione & promissione, tum non tantum ex tali effectu, qui est secundum Deum, judicamus a Deo esse verbum illud bonum, quo fructus pulcherrimus seminatur; sed quia id in eadem Scriptura promissum cernimus, firmiter concludimus, id verbum esse ejus, qui novit a seculo omnia opera sua. Cur. maj. in Esaiam Praef.

§. II. Efficacia enim Scripturae miranda vere divina est, a Deo omnium salutem cupiente LV, 11. nobis proposita luculenter, dum ipse de verbo omni, quod exivit ex ore suo, quod XLIX, 3. indicavit ac audiri fecit, quod, dum exit, verbum est Dei, ait: Non revertetur ad me vacuum sine omni fructu, inftar legati, qui sibi mandata efficere non potuit Grotio: sed faciet id, quo delectat, ac prospere aget in eo, ad quod missi illud, i. e. vivificabit ac regenerabit homines.

B

3.) Praeceptum Sanctitas,

4.) Ecclesia,

5.) Antiquitas, &

6.) miraculosa conservatio, In primis testimonium Spiritus S. intercaum,

II, Efficacia,

iis

iis principium erit operandi; Imo est verbi divini virtus, quæ cum lætitia exhibuit, 12. ait, ex captivitate spirituali, ac cum pace ducemini, in libertatem filiorum Dei asseremini, o populi, Schmidio in h. l. Imbris instar & nivis semper de cælo venientis in terram erit, effectuque non carebit Scriptura, 10. virtus ei cum sit intima divina, in usu vel extra usum fuerit constituta, legi licet vel audiri debeat, actu ipso eadem se exerere si debeat. Imo etiam in iis, operationem Scripturæ ad salutem qui impediunt, vis se exerit divina, corda convincens, ut eam & impingam ubique retro cadentes; frangantur, illaqueantur ac capiuntur XXIIIX, 13. siquidem æternum verbum XL, 8. maneat ac consistat. Per id vivem homines, est illo vita Spiritus eorum, qui Deo XXXIIX, 16. vivunt.

III. Perfectionis.

§. 12. Perfectio est maxima Scripturæ, ea utpote, qua, non dicam jam nullum librum divina inspiratione scriptum, inque partem canonis relatum periisse, ex XXXIV, 16. quod patet, ne unicuique quidem dogma ad fidem & salutem inde consequendam, desit necessarium, locus idem citatus quod demonstrat, nullum deesse docens librum ac articulum fidei ad veram religionem docendam necessarium e libro Domini, quem quoque perfectum esse oportet, ab omnium perfectissimo cum sit conscriptus. Unde quoque non nisi ad legem & testimonium recurrendum est, juxta IIX, 20. unicum veræ religionis principium, cui traditiones a latere jungi non necesse est.

IV. Perspicuitas.

§. 13. Est sane Scriptura in tradendis summis fidei mysteriis verbis & phrasibus maxime perspicua, quilibet ut linguæ gnarus, verbis si attendat, verborum sensum assequi ac comprehendere possit. Qui enim populus in maximi momenti rebus ablegaretur ad librum Jehovæ, obscurus ac dubiis involutus si esset? XXXIV, 16. Numne Deus sic hominibus illuderet? Id, uti cogitare nefas est, ita illud, ad quod populus remittitur in rebus dubiis ac obscuris, quibus Ethnici ad pythones & hariolos recurrere solebant, minime obscurum esse docendum est, aurora scientiæ, sapientiæ & omnis boni cum quoque ex eo oriunda sit IIX, 20. quæ tamen non nisi ex claro ac perspicuo haberi potest verbo. Inde Messias XLV, 19. ait: Non in occulto locutus sum, in loco terra tenebrarum non dixi semini Jacobi verba, uti Dii gentium, fallacia ac obscura, locis ad fraudem electis:

Ego

Ego Jehovah justitiam proloquens, rectitudines indicans clare; surdi ne audiant verba libri, ac e caligine eque tenebris oculi cæcorum videant, libro quæ exarata sunt XXIX, 18. ad salutem suam. Non enim excluditur illuminatio divina hic, præprimis salutarem fidei intelligentiam quod spectat, cum cæcos mentis oculos afferenti obscuretur Scriptura, quod exemplo cæcorum patet Judæorum XXIX, 9. 10.

11. 12. ex vero adeo ut dicat Abarbenel: אִם אָנוּ מְכִינִים דְּבַרֵי הַנְּבִיאִים וְעֵינֵינוּ יִהְיֶה In XXIX, 9. ait inde Propheta: *Quisnam, cui instillabit Deus scientiam, quemque intelligere faciet auditum, verbum auribus auditum, verbum divinum? ablatis a lacte, nec amplius lac desiderantes, imo abnuentes, si ubera præbeantur? populum sceleribus ita immersum, ut ubera & lac verbi divini plane repudiet? eos, qui jam consueverunt, postquam amoti ab uberibus sunt, malitia jam indurati? Omnis ad discendum est ineptus, licet optimo docendi modo, unam post aliud inculcetur cum mora, quod patescit 10. l. c.*

§. 14. Elucescit ex his, unius loci sensum non nisi unicum esse divinum ac a Spiritu Sancto intentum, legitimæ quo nos ducunt interpretationis regulæ ab omnibus observandæ: *Sua enim qui confidit hic sapientia, illum Deus speculum vanitatis constituit, ut neque in iis qua dicit, neque iis qua facit, quæve consulit, quicquam nisi stultum appareat, e XLIV, 25. docente Coccejo.* Optimus sui ipsius Scriptura interpret est: nam in Veteri Testamento latet novum, lucemque haurit ex veteri Novum Testamentum. Quid? explicat Prophetias posterioriorem ac illustrat, unde Deus IIX, 2. ait Jesaiæ, Prophetias qui dixerat varias: *Consciscam sane tibi testes fideles, Uriam sacerdotem & Zachariam filium Jebarachia, luculentissime omnia non solum confirmaturos, sed eadem cum eis, quæ dixisti, vaticinatos ac clarius exposituos. Vid. Wisluz l. c. C. XX. §. 4.—13. ac Varenius ad loc. cit. Comment.*

§. 15. Norma itaque fidei & morum, ac controversiarum V. Normæ, regula merito dicitur Scriptura Sacra, omnia cum ei competant ad id, ut norma ac regula sit quicquam, necessaria. Imo nuncupatur XXIX, 10. verbum divinum *linea ad lineam*, similitudine a magistris sumta, qui discipulorum manus per præscriptas lineas ducunt, *Gratio docente; ac præceptum ad præceptum* populo sæpissime inculcatum, juxta quod omnia trutinæ expendenda sunt ac examinanda, fidem &

vitam concernentia IIX, 20. Ex sola enim Scriptura de viis Dei & semitis ejus judicandum, qua utpote docet nos summus Judex II, 3. 4. *Nonne enim populus Deum suum quæret? pro vivis num mortuos confules?* IIX, 19. Nunquam: Scriptura Sacra sola consulenda in omnibus, quæ religionem spectant; ea ad judicandum est aptissima. Cogitandum enim semper nobis est, sermones propheticos tanquam in Theatro aliquo haberi ad nos, iisque Deum viam salutis peccatoribus monstrare.

Secundario  
Scripturæ  
competen-  
tes affecti-  
ones,

§. 16. Secundariæ, uti vocantur, Scripturæ affectiones adhuc docendæ essent, nisi maxima sui parte considerationi jam subiectæ. Necessitas tamen ob puritatem doctrinæ cœlestis servandam, jam ex XXX, 8. ac coll. 9. 10. omnibus patefcet, uti & integritas canonis ex eo, quod Spiritus collegerit omnia in libro Dei tradita, non poterit non cuivis elucescere una cum puritate fontium, quibus exarata est Scriptura. Ille enim, qui Scripturam divinam consignari curavit, perpetuum quo sit ejus monumentum, omniaque ejus collegit, in æternum conservare eandem poterit immunem, imo conservabit.

## LOCUS I.

DE

## DEO UNO & TRINO.

§. I.

**O**Mnis sapientiæ & religionis fons, mentisque nostræ requies unica Deus est Optimus Maximus: omni proinde jure Theologiæ initium de Deo, qui est אלהים ואמת ויאררן omnium, facimus. Imo ex vera cognitione Dei, quæ ipsa sine Deo haberi nequit, omnis divina pariter ac humana scientia pendet: omnes enim scientiarum thesauri in Deo sunt absconditi, nec quicquam lucis ullibi reperitur, curus non sit causa Deus.

Notitia Dei  
naturalis,

§. 2. Cognoscitur autem Deus ex lumine naturæ variis modis; nemo enim, qui seipsum excusserit, rationemque secum putaverit, menti suæ ens summum notitiam sui indidisse non docebit. Deum quo cognoscat, ac summi instar boni amore complectatur & colat, nec levissima cuiquam suspicio suborietur, Deum summe perfectum, sibi qui essentiam & existentiam dederit, notitiam sui denegasse.

græc.



creaturæ nobilissimæ ad imaginem suam formatæ; nemo, qui universum hoc, ex quo qualibet creatura Deum docet, estve speculi instar divinitatis omnibus assidue intuendi, curate conspexerit, omnium gentium, apud quas non plane est extincta ratio, feritate inducta, consensui de Deo, non suffragabitur. Verum fateri id quoque necesse est, notitiam Dei e lumine naturæ non satis a nobis hodie percipi, naturæ ob corruptionem, nec recte animadverti, ni sacris literis excitati rationis ductum sequamur, veritati viam pandente Deo in verbo suo. Lumen enim naturæ Deus literis sacris non abolet, sed perficit, ac nobis non nisi in terra summum bonum quærentibus ob oculos ponit; illud ut respiciamus & sequamur: inde XL, 2 r. Jesaias naturam respiciens ait: *Num quid non cognoscitis, e lumine naturæ quod cognoscere poteratis? nonne auditis veritatem auditu dignam, omniumque gentium testimonio celebrem de Deo summe perfecto? nonne indicatum vobis est ab initio omnium? an non considerastis fundamenta terræ, ex quibus intelligere potestis, ab omnium Optimo Maximo constituta esse olim omnia, & conservari adhuc eadem? vid. 22—25. Tollite in altum, V, 26. ait, omnes, oculos vestros ac animadvertite: quis creavit ista, quæ exhibentur vobis? producens exercitum caelorum numero suo: cui omnes nomine vocantur ne unica quidem stella deest, qua non ad nutum creatoris se sistat. Nemo adeo, nisi cui ne mica quidem bonæ mentis restet, summum aliquod dari numen, negare poterit, idque unice colendum ab omnibus esse, unquam inficiari valebit. Mente tamen per Diabolum corrupta iusta Dei desertione, sortem infra bovis & asini Dominos sensu noscentium dejecti I, 3. multi opus Jehovæ vel non respiciunt, nec opus manuum ejus cognoscunt V, 12. 19. bona malaque distinguunt 20. vel coll. XLIV, 18. 19. 20. in cultu cum Deo conjungunt, quicquid se oculis probet, vel rationi corruptæ specie quadam commendet; unde necesse fuit Jesaiæ, idololatriæ vanitatem populo ostendere XLI, 21—24. XLIV, 9—20. &c. ipsa quam nomina docent idolorum, quum dicuntur אלהים res nihili, צבאים vana terculamenta, dolorifica, Prophetis. Vera enim religio in solius uniusque Dei gloriam converti debet, illius, qui universum hoc creavit, ac a quo omnia pendent.*

§. 3. Id est, lumen naturæ quo nos ducit, quodve Scriptura Sacra, cui credendum est naturæ discipulis hodie, perfectius docet;

B 3

quum  
Ex Scriptura S. discendum, quod de Deo credendum.

quum Dei cultus non nisi a Deo definiti possit, eque ingenio Deum colere, eique obedire, sit sibi parere, non Deo: *Solus inde Deus dicitur XLV. 19. proloqui iustitiam, ac indicare rectitudines* verbo suo, quo utpote *אל מפתח אל* Deus occultus seque abscondens nobis innotescit, ratioque, qua coli vult, designatur: nam a Deo discendum, quid de Deo credere debeamus.

Nomina  
Dei in co-  
gnitionem  
Dei nos de-  
ducunt,

§. 4. Ipse autem Deus e nominibus agnosci se voluit; haud alio sine nobis enim revelata sunt nomina divina, quam ut inde intelligeremus, quod sit & quid sit numen summum. *Sic ergo ad nomen Dei ac memoriam ejus desiderium anime nostrae XXVI. 8. m. 2. quo, lætemur, impleto, non spernenda cum hic sit felicitas reposita, quia Theologia nostra in hac vita nominalis est, notitiaque Dei in hac vita nomen Dei vocatur, docente Gerharδο Loco de Deo, Eminent autem inter nomina divina oraculis Prophetiis obvia ea, quæ Deo propria sunt, ita, ut nemini præter eum vere competant. Tale est nomen יהוה, vulgo quod dicitur incommunicabile, שם המפורש, ac ab omnibus aliis distinctum, essentiam Dei exprimens: originis vi enim notat ens entium, quod a nullo dependet, a quo autem, quicquid est, dependet, unde Joanni dicitur *ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος* Apoc I, 4. Vindicat sibi inde soli Deus nomen illud XLII, 8. proprium, ajens: *Ego Jehovah; hoc est nomen meum maximum: imo gloriam meam alteri, qui est אהר, ( i. e. ἰσὺς μὴ φύσει ἔσθι θεός ) non dabo, nec laudem meam cum idolis mente vel arte sculptis, communicabo. Excluduntur & XLIII, 11. XLV, 5. 6. a Deo omnes Dii gentium, veroque Deo soli tribuitur nomen Jehovah, uti 18. m. 2. ac XXXVII, 20. unice: ut adeo Jehovah non sit nec esse possit, nisi natura summus Deus, nec ulli quoque tribuatur vel tribui possit nisi natura Deo. Ipsi gentibus sane nomen hoc innotuit, orator siquidem Assyriorum vero Deo illud tribuit XXXVI. 7. 10. 15. 18. de fide Judæorum informatus forte apud ipsos Judæos cum aliis profelytis, l. Judæus apokata, uti traditio docet Rabbidorum; omniumque supremum Deum Ἰσὺς esse ex Oraculo Apollinis docet Labeo apud Macrobiū, ex nomine Jehovah quod deductum esse nemo non videt. Interpretes Græci vel *κύριον* vel *θεόν* reddiderunt, quos secuti fere omnes sunt, quum proprie summus verusque Deus ac Dominus utroque nomine designetur: Interpretibus tamen LXX. sæpe**

*κύριον*

κ'ε'σ' & Θεός; redditur יהוה e. c. XLII, 8. XLV. 5. 6. Sæpe quoque cum  
 nomine צבאות jungitur Jehovah, non tamen in regimine ponitur,  
 nomini proprio quod repugnare notum est: ita ellipsis est, supple-  
 da, יהוה אלהי צבאות, uti sapius expressum legitur in Scriptura Sacra.  
 Ita autem Deo quoque est proprium, ex XLII. 2. LI. 15. LIV. 5.  
 uti colligi potest, docetque tum, Jehovah quod sit Deus exercitu-  
 um, qui det omnibus esse, cuique ratione sua, cui autem inservire  
 cogantur omnes creaturæ supernatum ac infernatium VI. 3. quæ I. 2.  
 m. 2. *caeli terraque nomine veniunt. Solus enim Jehovah est pater noster,*  
*redemptor noster, a seculo hoc est nomen ejus, patriarchis non ignotum*  
 LXIII. 16. m. 2. Objicere equidem Judæi vulgo solent justos nomi-  
 ne יהוה vocari XLIII. 7. adeoque illud non soli Deo competere; Ve-  
 rum, si locus is inspiciatur, falsum id esse apparebit: denominan-  
 tur enim solum a Jehovah, in casu obliquo, uti ejus amici, unde di-  
 cuntur a Deo XLII. 12. מקראי. *Ipsi autem ajunt ex XLIV, 5. Je-*  
*hove sumus populus; & scribunt manu sua: Jehovah sumus dedit,*  
 Conf. Magnif. Dn. Præsidis Theologia Judaica L. de Messia §. 4.  
 exceptiones Judæorum reliquas circa nomen Jehovah oculis objici-  
 ens, ac retundens. II. Nomen יה contractum quidam volunt ex no-  
 mine יהוה, idemque cum eo statuunt: omnibus enim locis, ubi יה  
 invenitur, יהוה scribi metrum poscere, *Ne bonis erit adhuc pro-*  
*bandum: Deo proprium esse nomen, est verissimum ex XXXII. 9.*  
 11. nec decurtatum esse יהוה ex XII, 2. XXVI, 4. ubi junguntur sibi  
 יה ac יהוה, constat; rectius unde primitivum esse dicitur; ab יהוה  
 deduci tamen etiam poterit, cum ut ita, per quem omnia sunt &  
 existunt, declaret. *Coccejus quidem ab יהוה deductum esse maluit,*  
 Deumque notare omnium pulcherrimum, perfectissimum, loco pri-  
 ori; postremis autem nomen hoc non nisi abstractæ significationis  
 esse, docuit ac ὁ θεὸς ἰσχυρὸς τῆς θεῶν notare, autoritate forte *Jonathanis,*  
 qui tamen יהוה במישר יה אמר בחילא ac דחילא locis citatis red-  
 didit יהוה, יה duxit. Proprie quoque soli Deo competit, ac de eo  
 in Scriptura Sacra adhibetur III. nomen אל originis respectu poten-  
 tiam Dei omnimodam ac ex usu Scripturæ naturam divinam innu-  
 ens, ex XLIII, 10. uti colligi potest, dicente Jehovah: *Ante me non*  
*est formatus אל Deus, ac post me non est futurus ullus: Coll. XLV,*  
 14, 15. 22. XLVI, 9. Nulli rei imo conferendus est, c. XL, 18. XLIII,

II. יה

III. אל

12. XLIV, 10. Idolis tamen tribuitur nomen hoc XLIV, 15. 17. XLV, 20. XLVI, 6. sed *δοξασίμης*, Deus quod ducatur adesse statuis, hæque Dei quasi corpora esse, habeantur ab Idololatriæ præ omnibus stultis e XXXI, 3. Vere porro ac proprie non nisi de Deo  
 IV. אלהו. IV. adhibetur אלהו, nec sane de quoquam alio adhiberi potest, originis ratione, quum notet eum qui religiose colendus ab omnibus est, quem autem Deum esse, ipsa natura docet, ac ex mente Dei solum verum declarat Deum XLIV, 8. Soli itidem Deo proprie numero plurium אלהי tribuitur XLIV, 6. m. 2. XLV, 5. 14. 21. XLVI, 9. Improprie tamen idolis tribuitur, respectuque ad opinionem hominum Deum se colere in iis existimantium summum XXXVII, 19. cum tamen אלהי non sint, sed opus manuum hominis idola: Coll. XXXVI, 18. 19. 20. XXXVII, 12. XLII, 17. ac XXI, 9. confringenda ubi dicuntur idola Babylonis. Proprium soli Deo est denique V. nomen אלהי XXXVII, 24. XXXIII, 16. XLII, 16. Dei naturam æternam, omniumque in ea perfectionum & virtutum abundantiam denotans, cui omnia ceu principio suo insistant, originis vi, qua ab ארץ basi deductum est, uti ארון, eminenter Deo soli competens I, 24. jungitur ubi אלהו יורה צבאות. Observant Hebraei, nomen adhuc divinum, æternitatem ac essendi immutabilitatem in Deo notans, esse הוהו, quod, uti juxta excellentiam dictum, verum esse *Venerimus* vult XXXV, 4. cui addi poterit XXXIV, 16. juxta quosdam Interpretum: est sane Deus solus, qui manet הוהו ac est semper: *ὁ ἄυτος*.

Essentia divina

§. 5. Cognosci ex his, obscurius licet, quam ut statim plane pleneque intelligi queat, quid quisve sit Deus, poterit, ut id adeo uberius explicari debeat; quapropter distincte essentiam primo divinam, deinde personas divinas concernentia spectabimus. Essentiam autem divinam dum consideramus, Deum esse ens spirituale, a se subsistens, e Scripturis definimus. Ens equidem recte modoque eminenti Deum dici, ipso nomine יהוה innuitur, meram quod essentiam denotat, eamque summe perfectam, omni semota labe: corpus adeo, qualecunque etiam illud fuerit, Deus non est, nec eadem illud competere potest, quo nullam perfectionem, in qua non imperfectionis simul sit aliquid, animadvertimus, quapropter etiam corporeis eximitur XL, 18. XLVI, 5. Deus, essentiaque spiritualis

est spiritualis

ritualis homini, imo omni carni opponitur XXXI, 3. Modis itaque loquendi de Deo utente Scriptura ad homines accommodatis, membraque ac affectus humanos Deo tribuente, *θεοπεποιθός*; omnia intelligenda esse confabit; nec corporeum Deum arguet VI, 1. 5. *Jesaias*, ajens, *se vidisse* אֲרָוִי *sedentem in throno, imo oculis se vidisse Regem* Optimum Maximum יהוה צבאות quod objectum a Manasse Jesaiæ, tradunt Rabbini, ceu Mosi contrarium dogma: non sane videri potest natura Deus, nec ea se Deum vidisse unquam docuit Jesaias, interim in symbolo plenæ gloriæ visione se Deum revelare posse, nihil est, quod prohibeat dicere, hacque ratione Deum se vidisse, innuit Propheta. Est adeo Deus Spiritus, isve a quo dependent omnes Spiritus independens, is, cui existentiam imo esse debent omnia, cum a nullo proculus deus, dependeat, sibi que ipsi sufficiens sit ad hoc ut existat, nomine יהוה quod arguit coll. XL, 18, 25. XLVI, 5.

§. 6. Varia ex divina essentia fluunt attributa divina, quæ tamen <sup>Inde fluunt</sup> æne non differunt ab essentia Dei, uti nec inter se, distincte tamen a nobis attributa concipiuntur, ac etiam in Scriptura distincte nobis proponuntur, ob intellectus nostri imbecillitatem, Dei que summam perfectionem. Primum divinorum attributorum hoc occurrit: *unum* esse Deum, nec plures <sup>I. Unitas.</sup> ejusdem essentia esse, sapientissimos etiam quosvis inter gentes quod agnovisse constat: Inde dicitur יהוה צבאות *Deus Israelis solus uniceque Deus, omnium regnorum terra absolutus Dominus, contra Polytheitas* XXXVII, 16. 20. *ante quem fuerit nullus ac post quem futurus sit nullus* XLIII, 10. 11. 12. qui dicere unice possit e XLIV, 6. *Ego sum primus ac ego sum novissimus, unus essentia, unitate, uti Lutherus ait, unissima, ac præter me plane non est Deus: ac ex l. c. 8. Num præter me, unum, Deus est? Nullus omnino: imo nulla est rupes præter me: nullam nov.* Vid. XLV, 5. m. 1. 6. m. 2. 14. 18. m. 2. 21. 22. XLVI, 9. Summe autem quoque <sup>II. Simplex.</sup> Deus est, veræque compositionis ac mixturæ omnis expers, ipsum quum citas, sit esse suum, nullam sui causam habens, omnium causa, vel uti *Coccejus* ait, non, hoc & non hoc, sed hoc ipsum, quod e nomine יהוה clarum est. <sup>III. Immutabile.</sup> *Immutabilis* quoque natura sua Deus est, semper idem, eademque ratione existens, plane cum sit independens: nec adeo decretorum re- tabilitas, spectu mutari Deum posse, asserendum est, mutationes licet eveniant in rebus: decretum æternum statuto tempore quum Deus exequatur: Sic enim ait Dominus XLI, 4. *Ego Jechovab primus, atque adeo a principio*

G

genera-

generationes ad salutem vocans, ac cum novissimis ego idem sum. Vid. XLIII, 10. 13. XLIIIX, 12. ac XXXI, 2. ubi dicitur expresse, Deum verba sua non revocaturum, quæ contra malos elocutus; imo omnia

IV. Infinitas. firma erunt, ex XLVI, 10. Porro Deus essentia infinitus quoque est, nullos perfectionis habens terminos, sed omnino respiciens, a seipso quum existat, interve res finitas ac Deum infinitum nulla ac ne minima quidem proportio detur, omnes gentes coram eo cum sint stille instar de suula relabentis in puteum, imo pulveris instar minutissimi floris lancibus adhærescentis, atomi: quid? ejus respectu plane nihilum sum, imo

V. Immensitas. minus, quam nihilum & inanitas XL, 15. 17. Immensus autem etiam Deus est, essentia sua, ac replens universum, loci, in quo sit, non indigens, ipse utpote potius מְקוֹם (Veteribus Rabbinis unde forte Deus מְקוֹם dicitur) in quo omnia existant, omnibus rebus, quæ existunt, omnipræsens. Sic inde ait Jehovah: Cæli solium majestatis mea: ac terra, pars rerum vilior, scabellum pedum meorum, iis licet non egeam, prius quum extiterim, quam hæc omnia essent: nulla domus ullibi satis magna mihi exstrui potest; nullus mihi ullibi locus dari potest, in quo si quies mea: Omnia que usquam videtis, a me facta sunt, meique juris, dicitur est Jehovah. LXVI, 1. 2. m. 1. coll. XL, 22. 25. unde colligi poterit simul præsentem omnibus Deum minime otiosum esse; sed maxime negotiosum. Venire autem dicitur ad homines, quando ratione singulari in iis manifestatur III, 14. XIX, 1. quo, idola ut prosternerentur, XXVI, 21. quo, uti priore, ut judicium exerceret inter homines, venire dicitur non solum ratione favoris ac gratiæ, sed quoque substantiæ. Sane de præsentia Dei cum piis LVII, 15. diferte dicitur ab altissimo & excelssimo, eternitatem inhabitante, cujusve nomen sanctus est: In loco altitudinis ac sancto habito, ac cum contrito & humili Spiritu sum habitans, (esse enim cum aliquo apud Hebræos semper idem esse cum eo, quum dicitur, alicui favere, nunquam probare poterit Grovius h. l.) ad vivificandum Spiritum humilium ac cor contritorum: vid. LXVI, 2. m. ult. Est

VI. Aternitas, denique Deus æternus, i. e. interminabilis vitæ plenitudinem totam patiter comprehendens ac possidens, cui neque futuri quicquam absit, nec præteriti fluxerit, juxta Boëtium de Consolatione Philosophiæ. Inde dicitur expresse Jehovah אלהי עולם Deus eternitatis XL, 28. ac עדין שכן inhabitans æternitatem, LVII, 15. primus ac cum novissimis idem sine alteratione XLI, 4. primus ac novissimus, ratione excellentiæ, non autem quasi initium

initium habuerit, aut finem sit habiturus XLIV. 6. m. 2. XLIIIX, 12. A & Ω Johanni in Apocalypsi: Inde dicitur fuisse ante creationem cœli & terræ, quoad essentiam ac perfectiones omnes XLIII, 13. *disponens populum aternitatis* XLIV, 7. solus. *Vita* autem summe perfecta VII. *Vita* vivit Deus summe perfectus, *וַיְחַיֵּהוּ אֱלֹהִים* vivens Deus XXXVII, 4. existens independens, merito ut adeo idololatria stupenda ac extrema stultitia eorum, qui tanquam summum Deum colunt id, quod vita destituitur, ab eo exaudiri cupiunt, audire quod non valet, ac respici, videre quod nequit, in eo spem ponunt, a quo nullum expectari beneficium potest, illud metuunt, quod nocere non potest, exprobratur XLVI, 5. 6. 7. aliisque. *Vita* autem Dei dum perfecta dicitur, perfectissime Deum cogitare, intelligere ac velle, innuitur. Intelligit vero Deus ratione summe perfecta: imperfectionibus enim, in nostra intellectione quæ sunt plurimæ, summe perfectus laborare nequit, seipsum resque omnes, quæ extra Deum sunt, a Deo cum sint, earumque conjunctiones ac inde secuturos eventus intime cognoscens ac perspicuens. Profunditatem itaque cognitionis divinæ sancte mirare, quippe *intelligentiæ eius non est pervestigatio* XL, 28. *Sessionem* imo ac *professionem* ac *incessum* omnium novit Deus: uti *impetuosum quoque furor* in se malorum, ex XXXVII, 28. prouti *Affriorum Regis*. Ac sane qui machinam fecit, omnesque ejus partes perfecte novit earumque inter se dispositionem, qui non nosset machinæ effectus? Imo *primum futura aut posterius ventura* non solum, sed quoque ratione essentia contingenter *eventura* annuntiat, ac hoc veluti caractere a falsis Diis se distinguit XL, 22. *Præ* enim, *quam progernunt*, exortumque eorum quisquam demonstrare possit, per Prophetas *annunciari ea curat*, XLII, 9. XLIII, 9. 10. 12. *verissime* unde *Tertullianus* olim dixit de Dei præcognitione hac: *Tu habet testes, quot fecit Prophetas*. Vid. XLI, 26. XLIV, 8. XLV, 21. XLVI, 10. XLIIIX, 3—8. 14. Omnia autem ordine quoque *disponere* novit Deus ratione perfectissima, prout in mirifica sapientiæ theatro spectari poterit ab omnibus, qui tamen nec sine eo sapere censendi sunt, XL, 12. 13. 14. coll. XXX. 1. 2. nulla cum sapientia humana valeat coram eo, qui est *וְחָכְמָה* ac hominum sapientiam in stultitiam convertit XXXI, 2. *Velle* jam quoque Deum ratione perfecta, pariter oportet, seipsum, resque creatas, quas inter maxime ei curæ est homo, Deo carissimum animal Chryloto mo inde dictum,

VIII. Scientia.

IX. Sapientia.

X. Voluntas.

- dictum, cujus salutem vult efficaciter, infra prouti docebitur, non tamen absolute, de majestate sua quemadmodum dicit solusve dicere quoque potest absoluta, XLVI, 10. *Consilium meum stabit, ac omnes voluntatem meam perficiam*; sed sub conditione ejus, quod non evertat ordinem divinum: quod si enim huic ordini homo resistit, voluntate Dei excidit, hac voluntate Dei *firma manente* XXV, 1. ac *immutabili*, LXVI, 4. coll. LXV, 11. 12. Omnes enim salvare cupit, ac inde *expansione manuum* suarum peccatores ad se vocat omnes LXV, 2. refractarios autem deinde punit ob contemptum sui, uti sibi non resistentes vitæ constituit hæredes. Vid. V, 4. 5. 6. *Sanctus* enim natura sua Deus est ac ab omni labe & vitio immunis, utpote ab Angelis *Sanctus* celebratus VI, 2. 3. omnisque sanctitatis autor & exemplar, *in loco sanctitatis habitans Sanctus* LVII, 15. proindeque *אֱלֹהֵינוּ קָדוֹשׁ* sapissime Jesaie dictus, Israëllem sanctificans, seque in illo, sancteque adeo in medio nostrum colendus XII, 6. XXIX, 23. XLI, 16. ac respiciendus X, 20. XVII, 7. cum gaudio XXX, 19. Exaltatur autem *Jehovah Deus exercituum in judicio, Deusque hic sanctus sanctificatur per justitiam* V, 16. Justus enim cum sit XLV, 21. Deus, lege, quam voluntati suæ congruam aut æternæ veritate XXVI, 7. promissione præmii ac pœnæ comminatione sancivit, seipsum non abnegabit, sed unicuique suum tribuet: est *Jehovah Deus judicium* XXX, 18. natura sua, adeoque peccatum summam adversus majestatem suam commissum non patietur inultum; *qui enim nomen Domini impune profanaretur* XLIX, 11. Merito potius dignam pœnam repetet ab iis, qui se Dominum abnegaverint XXVII, 4. *exque inimicis suis consolatione se sustentabit, eos dum ulciscetur* I, 24. juste LXIV, 4. *ignisve instar consumentis, focique eternitatis consumet* XXXIII, 14. die judicii XXX, 27. 28. 30. coll. XIII, 9—12. quo in *terram veniet populus summus Judex* III, 13. 14. XXXIII, 10. ac peccati oforem se ostendet XXII, 14. LXI, 8. &c. in interrogandis pro ratione peccatorum pœnis. *Verax* enim est Jehovah, falli ac fallere nescius, *eloquens justitiam, recta & vera*, XLV, 19; *ore suo verbum quod non revocari potest* v. 23; promissionis ac comminationis, prout ex ante dictis patecet. Vid. XXXI, 1. 2. *Verax* quippe Deus XLIX, 18. ac efficere quicquid vult, potest, limites potentia ejus cum sint nulli XLV, 7. sed robore valeat infinito; *heros is nempè Israël* I, 24. ipse manu suseritatur, quicquid est, in interitum ac nihilum alias relapsurum XII, 6.
- qui

XI. Sanctitas.

XII. Justitia.

XIII. Veritas.

XIV. Omnipotentia.



qui est *יהוה* ac *Jehovah* Deus exercituum sapissime dicitur. Is mundum prouti condidit, etiam sustinet XL, 12. 21—26. solus, nec adeo ulla res creata bene aut male nobis facere ex se potest XLI, 23. XLIII, 13. Manu Jehovæ omnia diriguntur, XIV, 26. 27. LIX, 1. vivunt ac moventur XLV, 12. XLIIIX, 3. ac quidem naturæ rerum constantem ordinem tuerentur ordinarie, præter eundem tamen miracula edit plurima XXV, 1—4. coll. XXIIIX, ult. VII, 11. &c. Est denique Deus summe bonus, imo mera bonitas per se ac omnis bonitatis fons & origo XXVI, 7. libere communicans creaturis omnem bonorum copiam, XLI, 23. quo eis ad gloriam suam utantur. Ille solus est *יהוה* i. e. *Servator* XLIII, 11. coll. XLVI, 3. 4. *Paterque noster*: imo *Redemptor noster a seculo* est vocatus LXIII, 16. suppliciter a quo omne bonum est petendum, unice cui amore adhærescendum, quo bonus sis atque beatus XLIV, 8. *Gratia Dei* siquidem est, quæ ad communionem cum Deo peccatores reducere cupit semper, XLIIIX, 9. 10. ac XXX, 19. 20. qua tamen non abutendum est, iuste quum simul Deus non misereatur malorum e IX, 16. *Gratias Jehovæ itaque commemoremus, laudesque ejus, summo opere omnia, quæ nobis fecit Jehovah: multitudinem imo bonitatis domui Israël exhibita attendamus, quæ secundum misericordiam suam ac amplitudinem gratiarum suarum se illis exhibuit* LXIII, 7. coll. 15. *Optimum modo perfectus est itaque Deus, nec quicquam perfectionis est in creaturis, quod non sit eminentissimo modo in Creatore. Inde ait LXVI, 9. Num ego os maris aperueris olim, ut jam aperio, non generans? Num ego gignens, quo minus pariam, me continens? Neutiquam. Nullus tamen defectus, quo creaturæ laborant, etiam in perfectionibus suis, Deo tribuendus est omnium parenti, XLIV, 6. *Majestas enim Dei summa est, nulli communicabilis creaturarum* XLII, 8.*

§. 7. Non itaque nisi *unicus esse Deus* potest quoad essentiam, adeo ut Deum esse ac socium habere, repugnet, prout Ethnicorum sapientes ipsi agnoverunt. Unde Phœnices, ac Assyrii Deo, quem summum maximumque venerati sunt, nomen *Adad* dederunt, cujus nominis interpretatio unum significat, teste *Macrobio*: ex Hebræorum *יהוה* Deo VI, 4. quod de Deo dicitur, forte depravatum, e *Jes.* LXVI, 17. *idoli quo nomen in hortis ei dicatis culti olim* *יהוה* est. tamen essentia nil derogat dogma de pluribus personis in unica ac singularissima essentia divina re ipsa distinctis, in Scriptura Sacra nobis

XV. Bonitas.

XVI. Gratia.

Perfectio.

Unitati essentia.

Unitati nil derogat in Unitate Triunitas.

Personarū  
ergo pluralitas probatur.

revelatum a Deo Israëlīs, sine quo nec vera Dei cognitio, nec verus unius Dei cultus constare potest. Illud itaque erit jam post essentia divinarum perfectionumque divinarum considerationem nobis ex Jesaia demonstrandum. Ordine autem passim recepto personarum in Deitate pluralitatem ac deinde definitam in Unitate Trinitatem ostendimus. Plures in divinitate personas esse, innuitur variis modis. Docetur id Jesaia locis illis, quibus Deo nomina pluralis numeri tribuuntur, quæ inter (α) nomen אלהים quod, cum ratione non solum terminationis, sed etiam significationis plurale sit, plures divino cultu prosequendos notabit: *Jehovah Deus exercituum*, אלהים ישראל Ecclesiæ qui se Deum demonstravit Trinum, *insedit qui Cherubinos modo mirando, is solus est ipse אלהים* pluribus personis Deus unus *omnis terra*, juxta XXXVII, 16. *Jehovah is est אלהים* i. e. personis trinus XLIX, 17. *Deus tuus Ductor & ductor*; אלהים עולם est *Jehovah* XL, 28. &c. Huc refer exempla nominis אלהים cum nomine יהוה compacti, compendii gratia in scribendo, hac ratione יהוה אלהים exarata, legenda semper יהוה אלהים prouti frequentissime nomina hæc apparent, docente *Hillero* de Aræano Kethib & Keri, separatim: literis ita enim nominis hujus essentia unitas, ac punctis pluralitas personarum innueretur. Omne (β) אלהים de vero Deo LI, 22. usurpatum itidem mysterii Trinitatis memoriale est. Nomina autem hæc licet iis, qui natura Dii non sunt, etiam tribuantur, ac in quibus Trinitas locum non habet, non tamen honoris solum ergo numero plurium ab Hebræis usurpantur; sed de Deo Trino primitus ac proprie usurpata ad homines, uti Deos quoque falsos, translata pluralem numerum retinere, quod homo Trinus Dei vices gerat XXII, 18. XXIV, 2. XXXVII, 4. 6. ac XIX, 4. XXVI, 13. Diique falsi cultoribus suis habeantur veri instar Dei Israëlīs XXXVI, 18. 19. 20. Uni personæ Deitatis autem quum tribuuntur nomina pluralitatem denotantia, ex earum esse numero, quæ ad Sacrosanctam Trinitatem pertinent, eam personam, cui seorsim id attribuitur, indicatur; adeoque pluralitas personarum quoque hac ratione non excluditur, sed potius innuitur. 2. Iis, quibus participia plurium numero de Deo noster adhibet, prouti LIV, 5. Ecclesiæ ait: *Certe בעליך עשיר* *mariti tui*, qui te in matrimonio habent, sunt *factores tui*, Creator, Redemptor ac Sanctificator *Coccejo* h. l. *Jehovah Deus exercituum nomen ejus*; quidex imo *tuus sanctus Israëlīs*, אלהים *tuus terra* vocabitur. Singula-

gulariter equidem Filius Dei ecclesie sponsus est, sed per eum quoque eidem reconciliatus est Pater & Spiritus S. ut spirituale matrimonium cum ipsa uterque inierit, adeoque simul ecclesie mariti sunt, observante B. *Schmidio* in h. l. Vid. quoque XXII, 11. coll. 8. Genium linguarum, quo Judaei eludere hæc conantur, extra locos, ubi de Deo sermo est, nemo probabit. Oraculis 3. iis, quibus Deus de se ipso pluraliter loquitur: Ita VI, 8. ait ארני: *Quem mittam ac quis ibit nobis?* Non autem tanquam de sententia consilii Angelorum loquitur, *Grotium* prouti non puduit. l. annotare: dixit enim prius: *Quem mittam?* ubi Angeli includi non possunt. Unus autem idemque est, qui mittit, ac cui itur, ut adeo ab uno quoad essentiam Deo mittendus pluribus in essentia divina personis iret. Imo tantum abest, ut Deus sibi familiam suam, uti loquuntur Rabbinii, junxerit oraculo hoc, cum ea delibaturus, ut ipsos potius Angelos, seu ministros suos, alloqui cum Propheta censendus sit, omnes qui sibi ad obedientiam eundem in legatione sua obligati sunt, seque præsentem viderint, cum *Schmidio* in Collegio Biblico ac Commentario quoque in *Esaïam*. Ita quoque XLI, 22. seq. dicit *Jehovab Rex Jaacob*: *Exponam (לנו) nobis, Dii ipsi eorumque cultores ea que obventura sunt; priora quænam sint iis, indicate, ac (נשימה לבנו) animadvertamus, imo (בדעה) cognoscamus complementum eorum, aut ea quæ veniunt (השמיענו) facite ut audiamus. Cognoscemus hisce, quod Dii vos sitis, imo (בשדעה ובראיה) despiciemus ac videbimus vos simul nobiscum; multi tamen hoc loco נדבדבון esse eum *Grotio*, qua se Deus hominibus quasi adjungat, malunt, priori loco qui mysterium Trinitatis inani ac exponi, nobiscum statuunt, quum illud vere notari eo loco possit, quod tamen qui non postremo significari possit, nil prohibet. More autem regum Deum de se numero plurimum loqui. *Ebraicæ* linguæ indoles refellit, prouti ex ipsis Judæis docuit *Aben Esra*. Huc referre cum B. *Schmidio*, cui volupe fuerit XVI, 6. non refragabimur. *Jeremias* sane XLIX, 29. 30. ad sensum negare se se prohibet. Plures autem quemadmodum superbiæ testes Moabi ibi cænis, observante quoque *Ceccejo*, etiam lætitiæ piorum, ac pudoris impiorum spectatores notare poteris LXVI, 5. eodem doctore, quo nempe iudice tres personæ nominantur, ubi de æconomia gratiæ sermo est. Iis 4. quibus Deus de Deo, Dominus de Domino loqui legitur. Primus sane ac novissimus, cui omnes creaturæ originem debent suam, cujus-*

cujusve ad nutum adeo omnes se convertunt, Domini prout summe perfectionium, quæ existunt, XLIX, 16. loquens, satis id docere poterit; Sic enim ibi ait: *Non a principio creationis in occulto locutus sum primis hominibus, sed pro ratione temporum verbis locutus perspicuis: ipso isto tempore, quo redemptio generis humani decreta est, consilio divino jam unicus persona quoque decernens, ac in Veteri Testamento illud sapius revelavi: at nunc, in Novo Testamento, me jam incarnatum vobis sisto, ארני יהוה, misi me ac יהוה: optime prouti B. Schmidius h. l. docet. En adeo! Jehovah est loquens de, ארני יהוה se dilectum Jehovah mittentibus. Ita IIX, 13. de Jehovah Deo exercituum sancte ab omnibus colendo, qui corrucere nolint, loquitur Jehovah, ubi tamen Filium Dei de seipso loqui dicere non absurdum videtur Schmidio in Commentar. quo tamen non abnuente Filius Dei v. 17. de Patre suo loqui jure ceteri potest: *Præstolabor sane Jehovahm, quando in diebus carnis meæ faciem suam occultaturus est a domo Jacob, ei que confidam.* Huc referre licebit e Coccejo X, 12. ubi persona Deitatis una de altera loquitur; non enim tribuenda est Deo oratio defultoria, quæ ad imitationem nostrum comparata est: promittit Deus, *visitaturum se iniquitatem, ac de Domino opus suum perfecturo loquitur.* Vid. quoque XIII, 2—14. 17—20. ubi mentio fit *מהפכת אלהים* i. e. *subversiois, qua subvertit Deus Sodomam ac Gomorram*, plure dum fecit Jehovah sulphur & ignem a Jehovah ac cum Jehovah, ex Gen. XIX, 24. quo de videas Dn. Præfidis Theologiam Judaicam Loc. II, de Deo Uno & Trino. *Custodem ac custodem*, XXI, 11. 12. in unitate distingui Coccejus quoque vult: nec omitti sane hic debet XXXV, 4. *En! Deus vester, ultio veniet, retributio אלהים veniet, Servator*, quum distinguatur Deus a Deo, personarumque pluralitas hac ratione evidens sit perinde ac qua Deus de Deo loqui legitur; Vid. L, 1—4. ac LXI, 1. 2. &c. Pluralitate personarum in Deitate demonstrata, definitam in Unitate Trinitatem jam quoque ex Jesaja demonstrare conabimur. Insinuatur autem Trinitatis in Unitate mysterium numeri ternarii de Deo usurpatione, ex qua, numeri ternarii excellentia, etiam apud Ethnicos summa, dimanavit, a quibus in divinis adhiberi solebat. Ita accipere possumus repetitionem trinam nominis Jehovah XXXIII, 22. cum B. Schmidio: *Jehovah Pater est iudex noster, omne qui iudicium Filio dedit; Jehovah Spiritus Sanctus est legislator noster, in quo Fi-**

In Unitate  
Trinitas.

lius

lius omnem nos docet veritatem; *Jehovah Filius est rex noster*, servans nos, viam monstrante *Jonathane* nobis non contemnendam: malunt tamen alii, hic Christum, ejusque tergeminum officium respici. Quacunq; vero ratione locum hunc interpreteris, non sine ratione nomen *Jehovæ* ter repeti, fateri necesse erit. Trinitatem alias indicari ratione dicta, forte convincere poterunt XXIX, 22. 23. XXX, 1. 2. XXXIV, 16. ac inprimis VI, 3. ubi attributum Dei ter repetitur ab angelis, distinctionisque personarum ergo innuendæ, quodvis ab altero distinguitur accentuatione, admiranda simul unitate in יהוה צבאות indicata. Sic enim e Seraphim unus alteri acclamat suavissima Symphonia: יהוה צבאות יהוה קדוש קדוש קדוש יהוה, *Jehovah Deus exercituum non est nisi Sanctus, Sanctus, Sanctus in Triade*, uti nec Sanctus, Sanctus, Sanctus est, nisi in simplici essentia unitate *Jehovah Deus exercituum*. Sanctus est Pater omnium consensu: Sanctus est Filius, Joh. XII, 41. interprete Christo ipso: Sanctus est Spiritus Sanctus, Actor. XXIX, 25. 26. 27. docente Paulo. Nulla sane ratio proferri hic convenientior data poterit, quare illud קדוש ter repetatur. Plane quoque ac perfecte Trinitatis mysterium tradunt loca, quæ testantur tres illas Deitatis personas esse Patrem, Messiam redemptorem ab omni malo, ac Spiritum Sanctum. Inter ea eminet XLIIX, 16. in signe SS. Trinitatis testimonium, quo, judicio *D. Helvici* in Elenchis Judaicis, clarior in Veteri Testamento non extat. Distincta enim trium personarum mentio fit: est יהוה קדוש mittens, Spiritus ejus itidem mittens eum, qui affirmat se missum esse, & jam extitisse, decretum Dei de redimendo genere humano quum exierit, interque personas decernentes se fuisse, supra uti docuimus. Optime enim Filii Dei, qui cum aeterno Patre ac Spiritu Sancto ab aeterno fuit, persona hic loqui dicitur, incommoda quod observanti, eorum, qui Prophetæ sermonem esse loco citato ducunt, sententiam prementia, ineptiasque Judæorum, in quas per eam sententiam delapsi sunt, consideranti, patefcet. Vid. *Raym. Martini* Pugio fidei P. III. D. I. C. IV. §. 6—10. Geminum huic est Messia dictum de se LXI, 1. 2. 3. ipse siquidem Christus, non refragante veteri Synagoga, id de se Luc. IV, 21. interpretatus est, prius quum in Oratorio prælegerat ex volumine *Jesaiæ* vaticinium hoc ejus, dicens: ὅτι σήμερον πηρώθηται ἡ γραφή αὐτή ἐν τῷ ἰσραὴλ ὡς ἔστιν. Ita distincta erit adeo hic mentio Filii Dei θεὸς ὁ υἱός, un-

Etiam missi triplex ad officium, a Domino: uti etiam Patris ungentis ac mittentis Messiam, ac Spiritus Sancti ab aeterno a Patre & Filio ejus procedentis, eque consilio Patris in Filio mediatore requiescentis. Maxime autem evidens SS. Trinitatis documentum LXIII, 7—10. extat; Dei enim commemorans beneficia piorum cætus ait: *Benignitates Jehovæ commemorabo semper, laudes Jehovæ, plane pro omnibus que consulit nobis Jehovah Optimus Maximus.* Distribuit autem inter tres personas divinas mox opera Dei: *Dixit sane, ait, prima Deitatis persona: Vere populus meus ipsi erunt, filii, qui non mentientur, omnia gratiæ dona ipsis cum daturus sum: Ita eis fuit Servator, inque peculium sibi eos elegit: In omni angustia ipsorum ipsi quoque angustia fuit: imo מלאך פניו Angelus facierum Jehovæ, ejus jam mentio facta, sive ejus persona, quæ ratione aeternæ generationis, ac quoque in carnem missionis ei est principium, Angelus is, qui Hebraeis vocatur מלאך פניו voce ex Latina desumpta, Metator, in quo sunt facies Dei coll. Exod. XXIII, 20—25. XXXIII, 14. servavit eos, ex dilectione sua ac clementia sua is vindicavit eos sibi ac redemit, מלאך פניו ipsis fuit, & aliis suis eos imposuit, ac portavit, eos quoque porrolaturus, omnibus diebus seculi. Verum ipsi illi omni bonorum affluentia elati acerbe exagiarum ac dolore affecerum Spiritum Sanctum is angelus facierum Dei, in quo est sanctitas Dei, Exod. XVI, 8. adeoque etiam omnium Christianorum fidei, Patris. Is ita ex amico versus est in inimicum eis: pugnavit is adversus illos. conf. v. 11—14. Videantur plura Trinitatis testimonia IIX, 18. Filius ubi Dei loquitur; Jehovam sibi dicit filios dedisse ac quidem a Jehovah, cujus virtute conversi sint: ac XLII, 1—4. cum XI, 1, 2. &c.*

§. 8. Singularum jam SS. Trinitatis personarum, nemine etiam cogitante inter se distinctarum, divinitas nobis erit expendenda; pro instituti ratione adeoque etiam illud ex Jesaia indicare conabimur. Vera autem Patris Deitas extra controversiam nobis nunc ponitur, omnes, qui Scripturam Sacram non respuunt, hodie eandem quum concedant, reliquarum personarum divinitatem alias negantes. Vere

Deitas Filii  
Dei probatur,  
1.  
ex nominibus  
divinis.

tamen ac natura summum quoque esse Deum Patri *ὁμοούσιον* Dei filium, variis Scriptura Saera dat documentis, quorum primum occurrit nomen Deo soli proprium ac essenziale, יהוה, Filio Dei in Scripturis vindicatum: Nomine autem illo vocatur XXXIII, 22. juxta *Brenium* de Filio Dei ubi dicitur יהוה ac XLII, 10, 12. *Isentem* Jehovah, cui

data

data est gloria & laus a Jehovah, propter gloriam ac laudem datam est celebrandus, qui est solum Messias. Vid. 13. 14. XLV, 17. ubi Jehovah, *Jonathani* מִיִּמְרָא דֵי מִיִּמְרָא ostendenti Verbum Domini esse ipsum Dominum, dicitur Servator Israël. Vid. 24. 25. LX, 1. 2. 9. 15. 16. ult. LXI, 1—8. 9. 10. In XXIX, 5. 6. dicitur צְבָאוֹת יהוה qui *Targumista* est צְבָאוֹת דֵי מְשִׁיחָא futurus olim *corona ornatus ac cidaris decoris reliquis populi, Spiritusve iudicii ac fortitudo iudici bellatori.* Nomina porro Dei reliqua itidem proprie Messiae tribui debent: dicitur sane יהוה, XII, 2. אל, XLIII, 10. אל נְבוֹר, IX, 5. X, 21. ac *salvus Deus* XII, 2. imo אֱלֹהִים XXXV, 2. 4. XL, 3. 9. 10. in quibus Orator semper ad ecclesiam refertit Dei, qua ratione semper filium Dei sub respectu mediationis includit *Varenio: & אֱדִינִי* XL, 10. Veteris ac Novi Testamenti dictorum de summo Deo, eodemque Dei filio analogia, <sup>2. V. & N. Testamenti collatione,</sup> Deitatis Messiae documentum quoque dat non temnendum: Ipse enim quem vidit Jesaias sedentem in folio, cujus simbriae templum repleverunt Hierosolymitanum, cui a servitio steterunt angelorum chori, gloriam celebrantes Jehovah Dei exercituum, cum quo colloctus est de excecatione Judæorum futura VI, 1—10. Messias vere ac re ipsa existens in V. Testamento est, ex Joh. XII, 41. Gloriam sane Jehovah uti non sine Jehovah, sic quoque non sine Christo gloriam Christi vidit Jesaias. Ita צְבָאוֹת יהוה piis *sanctuarium futurus, at offensionis lapis domni Israël* impia IX, 13. 14. 15. est מֶלֶךְ הַמְּשִׁיחָא *Targumista* ac R. Salomoni XXIX, 16. loco huic parallelo, Luc. II, 34. firmante Simeone. *Via paranda Jehovah* in XL, 3. *semitaque aquanda Deo nostro* a Propheta dicitur, quod Messiae fieri docent Evangelistæ. Egeneratione filii Dei a Deo Patre æterna tertium Deitatis Messiae pæternus argumentum: Is etenim, qui ab æterno de substantia Patris genitus est, mirabileque æterni Patris æternum *germen* e IV, 2. est, verus cum Patre Deus erit. Evidenter sane per צְמַח יְהוֹרֵי loc. cit. *Chaldaeo* quod redditur מְשִׁיחָא דֵי מְשִׁיחָא ac *Kimchio* est מְשִׁיחָא בֶן דָּוִד intelligi datur, quod ita vere, imo verius, quia immediatius, germen Dei Messias secundum divinitatem; sicut vere germen David secundum humanitatem Raym. *Marini* P. F. P. II. C. XV. §. 19. Declarat idem Chaldaicis frequens דֵי מְשִׁיחָא a Patribus de æterna generatione recte explicatum. Vid. *Dn. Præsidis* Theologia Judaica L. IIX. de Messia. Deus enim in se ipso, ac ex se ipso habet verbum, docente *Marini* P. III.

4. attributis divinis.

D. III. C. I. §. 1—6 cui verbum Dei & manum Dei idem esse ac idem per utrumque dici, e. Jof. XLII, 13. ac *Targumista* h. l. perinde uti Os Dei idem cum Verbo Dei l. c. v. 3. monstratur. Documentum divinitatis Messiae quartum proprietates divinae praebent, quae Messiae in Scripturis tribuuntur, ac ex nomine יהוה omnes nullo negotio colliguntur; earum tamen quasdam enumerare, se prouti nobis obtulerint, diserte de Messia in Scripturis traditas, conabimur. Inter illas est *aeternitas*, quae sane indicatur IX, 5. 6. de Messia ejusque operibus illustri promissione, dum dicitur אבי ער Pater vel amor aeternitatis; ac למרבה המשרה ולשלום *future amplificationis principatus, ac pax ipsa sine omni fine, ראשון ואחרון utpote* e XLIV, 6. prouti l. c. Dn. Praefes ex *Berechit Rabba* evidenter demonstravit. Nomen autem hoc אבי ער uti & cetera, quae l. c. commemorantur, Messiae esse, non autem inter Deum & Ezechiam aut hominum quempiam dividi, ratio loquendi Scripturis frequens, in nomenclaturis denominandorum maximam habens rationem ac accentuatio divelli a se invicem nomina non permittens, docent: nec Dei, nomen pueri qui olim nuncupaturus sit, nomina hic esse, multiplicatio nominum Dei Scripturis insolens, otiosa l. c. negari quae nequit, ni dicendum ducas, Deum se per nomen pueri ac in illius manifestatione esse probaturum eum quem nomina divina nuncupent, qua ratione idem esset nomen Dei ac pueri, nihilve obtinerent Judaei, observante ad h. l. *Coccejo*, ac nuncupatio pueri memoranda sine nomine tamen commemorata, permittunt, uti nec de Ezechia sermonem hoc loco esse, l. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. evincunt, cui nullum quoque convenit vocabulum de puero nobis nato ac filio nobis dato usurpatum, quorum quodvis, antonomastice cum Messiae tribuatur, emphatice accipiendum est, notante *Coccejo*. Erit itaque אבי ער i. e. persona aeternum existens, nec initium nec finem dierum habens, largiens quoque aeternitatem, suis quam paravit, unice Messias. Objici equidem posset ex *Abarbenel*, אבי ער Patrem spoli posse notare, sed ex jam dictis hoc, eminentiae Dei adversum utpote, rejiciendum abunde constat. *Omniscientia* Messiae sine negotio ex eodem dicto adstruitur; Spiritus S. enim Messiam quoque nuncupat יועץ i. e. *consiliarium*, omnia cum Patre cognoscentem, ac a se ipso decernentem, vel a nemine capto consilio, e XL, 1; 14. ac ordinantem per Spiritum Jehovah in se requiescentem, e XI, 2. qui est רוח חמה ובינה רוח עצה, Itaque est μετάνοια βε-



אֱלֹהִים אֶחָד לְX. LXX. Interpretibus, consilium nobis dans de salute ad-  
 piscenda, e XLV, 19. 22. quo unicum consilium, per quod nos salvari  
 oportet, observante *Coccejo*, ipse revelat. Contortae adeo *consultatorem*  
*Dei fortis*, id est, qui in omnibus negotiis consilia a Deo poscit per *Pro-*  
*phetas*, וְיָצִי, cum גְּבוּרָה אֵל jungens, *Grotius* hic fingit, ex dictis quod  
 cuilibet elucescet. Omnipotentia potius Messiae innui dicitur, ibidem  
 quum nuncupatur אֵל גְּבוּרָה i. e. *Deus fortis*, robore pollens omniave  
 sibi subjiciens: imo omnem tollens inimicitiam, pacemque populo  
 suo afferens merito suo, אֵל שְׁלוֹמֵי i. e. *princeps pacis*, in quo Spiritus  
 Jehovæ, qui est אֵל גְּבוּרָה רִיחֵהוּ lit XI, 2. omnia proinde ut facere possit,  
 quæ vult, in cælo ac terra, operibus creationis ac conservationis, in  
 primis gubernationis ecclesiæ suæ, prouti LX, 13. seqq. demonstravit,  
 ac adhuc declarat. Omnibus autem perfecti onibus ac virtutibus, uti  
 quoque essentia, Messias vere est מְרָאָה i. e. *mirabilis*, omnibus omni-  
 no major ac sublimior, adeoque a nemine comprehendi potest, majes-  
 tate divina Optimus Maximus. Inde gloria Messiae mons domus Do-  
 mini illustrandus dicitur in II, 2. 3. 4. ea, qua nullus unquam mons fuit  
 illustratus, manifestatione nempe gloriæ Messiae quoad carnem. *ope-*  
*ra* denique *divina* Messiae, causæ instar summæ, in Scripturis adscri-  
 pta, de Divinitate ejusdem quoque nos docere poterunt: ea inter au-  
 tem est primum *creatio*, qua de ipse XLV, 12. ait criminantibus se Ju-  
 daeis, filios Dei quod faceret ex miseris peccatoribus: *Ego feci terram,*  
*ac hominem super illa creavi: Ego, manus mea extenderunt cælum, omnem-*  
*que exercitum ejus imperavi.* Est adeo cv. 18. *creator cælorum, ipse verus*  
*Deus, qui formavit terram ac fecit illam: Ipse preparavit eam, non in-*  
*castum creavit eam; ad inhabitandum formavit eam, vocans ea, quæ non*  
*sunt, tanquam ea, quæ sunt, e XLIIIX, 13. quo ait: Manus mea terram*  
*fundaverunt, ac cælum extenderunt: Voco ego ea, ac stant simul.* Eodem  
 autem, ac mundi hujus creatio, modo se habet nova quoque creatio  
 fidelium; constitutioque ecclesiæ: solius namque Dei jussu utraque  
 peragitur, nec boni vel virtutis quicquam magis requiritur creatione  
 nova, quam rei quicquam requirebatur in prima mundi creatione,  
 e XLV, 8. —12. *Israel salvetur per Jehovam salute æterna: non pudefietis*  
*neque confundemini, idololatrarum instar, in secula seculorum v. 17. c.*  
*e. Sic enim filius Dei ipse ait: Tantum in Jehova, de me dixit Pater meus,*  
*jussus ac robur: ad ipsam venient quidem omnes, sed pudefiet omnes*

in ipsum exardescetes ibid. 24. In *Jehovah* justificabuntur ac gloriantur omne semen Israël, ult. Innexum hinc est Messia quoque divinitatem arguens opus adhuc ex XXXV, 4. 5. 6. vere divinum. Dixerat enim ibi cum Propheta: *En! Deus vester, ultio veniet* — *Ipsè ille veniet ac servabit vos*, mox miracula, quæ *dominus* editurus sit, nobis proponit, inquires: *Tunc aperiemur oculi cæcorum*, (ad videndum gloriam Domini fide vera) *ac aures surdorum patefient* (ad audiendum evangelium): *Tunc saliet, veluti cervus, claudus*, (Messiam ad sequendum) *ac solvetur lingua muti* (ad laudandum Dominum). Vita spirituali destitutos maxima cum cura voluit curare, adeo ut corporis quoque curam habere non detrectaverit, omnes prouti evangelistæ docent, animis quo medicinam adhiberet. Innumera enim referas Messia miracula, inficiari nulla quæ potis est nequitia; ejusdem divinitatem iisdem argui, fateri necesse erit. Tandem religiose solive Deo XLII, 8. debita adorationis cultus Messia quoque competens, de divinitate ejus illustre est documentum. Is sane mandatur IIX, 13. seq. *Jehovah*, dicitur, *Deum exercituum sanctificate*, ipsi confidite Deo, omniaque in cultu religioso ac reliqua vita, quæ ipsi placent, agite: *ipse imo sit timor vester, ac terror*, i. e. timoris objectum omnium piorum: *Ita erit sanctuarium vobis*, ad quod qui confugiunt, non corruunt, sed servantur. Credere oportet in eum, principem ut salutis nostræ causam, sane omnes nos, salus æternitatum quibus curæ est XXIIIX, 16. ac I. Pet. II, 6. spemque collocare in eo solo XI, 10. coll. Rom. XV, 8. 9. 12. Per se enim juravit, *exiit ex ore ejus justitia vi servandum; verbum, inquam, quod non revocabitur*; illud autem hoc est: *At mihi sane se curvabit omne genu, jurabit omnis lingua*, ex classe tana reprobatorum, quam electorum, coram tribunali meo sententiam justam declarando coacte vel sponte, impiorum nempe vel piorum respectu. Progrediendum in SS. Trinitatis demonstratione ad tertiam Deitatis personam, Spiritum Sanctum nempe, a Patre & Filio ab æterno procedentem, cujus proinde divinitatem solide, &, quam fieri poterit brevissime, probamus 1. *ex nominibus divinis*, quibus diferte in Scripturis appellatur, Veteris ac Novi Testamenti analogiam attendenti prout clarum erit. Spiritum Sanctum enim esse *Jehovam, Deum exercituum*, una cum Patre & Filio, Trifasulo insinuari, nobis, mysterium Trinitatis qui credimus, non est dubium: verum si

ac  
6. cultu di-  
vino.

Deitas Spi-  
ritus Sancti  
probat,ur,  
ex nomi-  
bus divinis,  
ac  
2. V. & N.  
Test. colla-  
tione,

confi-

consideremus Jehovah Deum exercituum esse יהוה Jesaïæ qui apparuit, eum qui allocutus est, ac ire jussit ad populum, ei ad intimandum de obduratione Judæorum cœlestē decretum VI, 1. 8-10. Spiritum autem Sanctum per Jesaïam Prophetam Veteribus id revelasse, ex Act. XXII, 25-27. perspiciamus, Spiritum Sanctum יהוה ac אלהי דני dici, nulla ratione possumus negare, innui potius hinc edocti, Sp. Sanctum verum esse Deum, in prophetis, formula illa frequenti vauibus: " יהוה *Verbum Domini est.* Imo vero quoties יהוה dicitur Spiritus Sanctus, nuncupatur autem ita XI, 2. ac LXI, 1. LXIII, 14. &c. toties Jehovah quoque esse dicitur. In Deo enim cum nihil sit nisi essentia, quæ Deus ipse est; Spiritus autem Sanctus in Deo sit, ac quidem persona, mox prouti docebitur, de essentia Dei erit, ac persona in Deo, adeoque Deus. Idem colligi poterit quoque ex eo, quod *Spiritus sanctuatus angeli facierum Domini*, LXIII, 10. dicitur, quod idem est *Schmidio*, ac si dicatur Spiritus, qui habet sanctitatem ejus, vel in quo est sanctitas ejus, Angeli facierum nempe Domini, cujus loci, juncto v. 14. ac Deut. XXXII, 12. Psal. XCV. 6. 7. 8. analogia firmum Deitatis quoque Spiritus Sancti exhibet argumentum, omnium adeo ut sermone merito hic *Aben Ezra* vapulet, מלאך הכבוד pro infidelitate sua fingens ad h. l. sibi. Deinde quoque Spiritus Sancti Deitas ex ejusdem æterna *processione*, qua a Patre & Filio ab æterno per spirationem processit, ex jam dictis apparere satis quod poterit, nec minus e proprietatibus divinis, eidem quæ assignantur, probatur. *Omniscientia* ejusdem, mentis divinx quæ penetrat arcana, ex eo sane, per Vates significare nobis summa quoque mysteria quod dicatur 1. Pet. I. 11. 12. manifesta est, nec obscure quoque *omnipotentiam* illius arguere Jesaïas videtur, effusionem quando Spiritus Sancti ex altitudine divina miram insequi mutationem XXXII, 15-18. docet: omnis enim virtutis ac potentix causa est, ex operibus ejusdem divinis quod demonstratur, Deitatis ejus quæ quoque dant nobis argumentum. Spectat quidem quod creationem, ei perinde ac Patri & Filio illam competere, dubitare nos non sinit XL, 13-14. nec de conservatione hærare, LVII, 16. permittit nosmet. Omni quoque difficultate caret, ejusdem esse novam creationem: misit enim Filium Dei in carnem quoad humanitatem ex XLII, 16. eumque unxit LXXI, 1-4. ac donis infinitis instruxit, ei dans *sapientiam*

3. processione a Patre & Filio.  
4. attributis divinis,

5. operibus divinis.

rem Domini XI. 2. imaginis divinæ pulcritudo, in prima creatione qua donatus homo est, quo nova creatione homini restitueretur lapsu primi hominis amissa. Quidni ergo toti in devotam ejus æstimationem rapiamur? Convenit sane religiosæ adorationis cultu eum una cum Patre & Filio prosequi, præeunte nobis angelorum choro VI, 2. 3. Trifarij<sup>orum</sup> celebrante perinde uti Patrem ac Filium quoque Spiritum Sanctum: pura enim & integra mente semper se coli a nobis postulat summe Sanctus hic Spiritus, injurias suas gravissime ulciscens, in Israëlitis rebellibus, prout docetur LXIII, 10. 11-14. Spiritui enim isti rebelles se quum opposuere, *versus ipsius est in hostem; ac adversus eos præliatus est.* Personam autem esse, nec virtutem solum Dei hominum cordibus infusam, (ut obganniant Sociniani) Spiritum Sanctum, ex jam dictis colligi poterit: virtutem enim quandam Dei jungi Patri ac Filio, quos tamen personas nemo inficiatur, ac huic cum Patre & Filio *Τριων* succlamare angelorum chorū, cui non ineptum ac absurdum videretur? Personam sane arguant ea, quæ de Spiritu Sancto nobis in verbo Prophetico dicuntur: Ea inter est, quod instruit prophetas, e VI. 8-10. requiescit super Messiam XI, 2. ac ex LXL, 1. super eo est, Messiam mittit XLIX, 16. donisque replet infinitis l. jam c. imo quod dicitur esse dolore affectus, versus in hostem ac bellatorem LXIII, 10. prius quum deduxisset Israël ex *Ægypto* -14. ac opponitur quoque substantiis finitis substantiæ instar infinitæ XXXI, 3.

§. 9. Verus itaque ac æternus Deus non nisi Pater, Filius ac Spiritus Sanctus est: cognoscuntur autem personæ distinctæ proprietatibus personalibus, quarum quædam singulis personis competit. Dicitur adeo *prima* persona Pater ac est, quia nec genita nec procedens, sed ab æterno genuit ac quidem de substantia sua filium, cum quo ab æterno spirat Spiritum Sanctum: *Secunda* autem Filius, quia ab æterno a Patre genita ac ex essentia Patris: magis est Filius quam ullus homo IX. 5. ab æterno Patre æternitatis Pater genitus Spiritumque Sanctum una cum Patre ab æterno mittens: *Tertia* autem divinitatis persona Spiritus Sanctus dicitur & est, ab æterno a Patre & Filio procedens, unde Spiritus Jehovah sæpiuscule dicitur ac in primis Messia, ejusque laborum.

XI, 4.

LOCUS

LOCUS II.  
DE  
CREATIONE.

§. I.

**P** Rincipium viarum & actionum Dei mundi creatione se exeruit :  
nam Deus ipse, impressis sapientiae, potentiae, bonitatisque divi-  
nae vestigiis creaturae, se nomenque suum opere creationis revelavit  
omnium primo. Voce autem *creationis*, proprie ac Scripturae quidem  
enim (Graecorum & Latinorum voces, recte creationis opus explicare  
cum nequeant, non curamus) בריאה rei ex nihilo productionem  
proprie notat, ita tamen, ut vel res tota immediate e nihilo, prout acci-  
pitur XL, 26. 28. XLII, 5. vel in re jam existente aliquid e nihilo  
producatur, e potentia ejus quod tamen non nisi omnipotente Dei  
imperio potuisset produci, XLV, 12. Unde de operibus Dei admi-  
randis recte quoque adhibetur IV, 5. 6. ac XLI, 20. XLV, 7. 8. XLIX,  
7. LIV, 16. LVII, 19. LXV, 17. 18. Vid. XLIII, 1. 7. 15. XLV, 18.  
Verba autem alia, quibus in describenda mundi creatione quoque  
uti Scriptura solet, productionem rei ex nihilo non tollunt, e ברא  
manifestam, sed declarant creationis rationem peculiarem : ea inter  
frequentiora sunt יצר & ושה e quibus illud formam rei conditae quoad  
virtutes pulcherrimam XLIII, 7. 21. XLIV, 2. 21. 24. XLV, 18. XLVI,  
11. &c. hoc autem rei creatae secundum ideam animo formatam om-  
nininodam perfectionem XLIII, 7. 19. XLIV, 23. 24. XLV, 7. 12.  
XLVI, 11. &c. innuere Philologis dicitur.

Nomen.

§. 2. Solius autem Dei actio est creatio ; infinitae siquidem vir-  
tutis est ex nihilo omnia producere, perpetuus Scripturae soli Deo  
תורה בריאה adherentis consensus quod confirmat. *Tollite in sublime*  
*oculos vestros ac aspiciite, quis creaverit oculis que observantur, in quo edu-*  
*xerit numero militiam caeli, cujus omnia nomine vocamus nil defugerit*  
*imperium?* XL, 26. coll. 21. 22. 23. *Creator finium terra יהוה אלהי*  
*יהוה צב אבות אלהי* v. 28. c. cit. *יהוה אלהי*  
*Israëlis, sedens inter Cherubinos XXXVII, 16.* nulla autem creatu-  
ra est, XLII, 5, virtus creatrix ei cum nulla sit ; hincque Filius Dei in-  
quit

Causa effi-  
cicas.

E

quit

quit XLIV, 24. *Ego Jehovah omnia faciens, extendens caelos sine omni ope externa, sine omni socio, unica cum sit virtus creatrix omnium SS. Trinitatis personarum, firmans terram a me ipso sine omni instrumento, nullum enim Scriptura in mundi creatione agnoscit. Vid. XLV, II. 18. ac XLIIIX, 13. Inde בעליך עשתי Pater, Filius ac Spiritus Sanctus: Jehovah Deus exercituum nomen ejus est: Redemptor sanctorum, Israël Sanctus Deus totius terre vocabitur. LIV, 5.*

**Impulsiva.** §. 3. Ipsi enim Deo Optimo Maximo, aeternitatem quum habitans solus existeret, virtutis divinae thesauros pandere placuit; quos dum creaturis ostendere voluit, mundum, caeli terraeque nomine quum **exemplaris,** exprimi communiter censetur loc. cit. ideis mente sua conceptis, velut exemplari respondentem produxit, (mirificae sapientiae ac immensae potentiae Dei originem suam se quoque qui debere demonstrat omnibus) ac quidem e nihilo; materia siquidem nulla fuit in principio illo rerum omnium capitali, omnipotente sui verbo quo **Materia.** *vocavit ea quae non sunt, tanquam ea, quae sunt* XLIIIX, 13. ex quo autem **Forma.** inepte concluditur, omnia in momento esse creata, sexdierum intervallo quum creatum mundum doceat Moses a Deo edoctus. XL, 12. 13. 14. ac universitatem rerum intelligi nil prohibeat, quum dicit Deus I. c. *Faco caelos ac terram, sicut omnia* velut servi parati ad exequenda herilia imperia. coll. XLV, 12. ויני אדונתו, ordinaturae conveniente in omnibus elucescente.

**Finis.** §. 4. Soli proinde Deo, rerum omnium conditori, gloria quoque unice debetur, virtutum suarum divitias qui multifariam in universi hujus creatione patefecit, quas recognoscere ex omnibus rebus creatis officii nostri est. Ita enim ait Jehovah: *Omne quod de nomine meo appellatur, illud ad gloriam meam creavi, formavi atque finivi.* XLIII, 7. imo undiquaque gloria mea relucet e rebus conditis XL. 26. 28. Ac sane non procul est a nobis, *sedens siquidem est in sphaera terra, cuius inhabitatores sunt velut locusta coram eo* viribus repentinae dissolutione: *extendens caelos veli instar tenuissimi est, imo distendit eos velut tentorium ad habitandum* I. c. v. 22. Idem ille creator caeli verus Deus, formator quoque terra ac effictor stabilivit terram, *habitaculum quo fiti salvandorum; non inanens sane creavit eam, sed ad inhabitandum creavit eam* universam hominibus, qui ad sui gloriam viverent, ac illustranda gloriae Dei omnia subicerent studio XLV, 18. Mentis corporisque

etisque oculis ergo respiciamus factorem nostrum, Sanctum Israhelissimam cum voluptate, e XVII, 7. 8. coll. XXII, 8. 11. XLV, 12. ac ipsum; autpote ἀντὶ τῆς ζωῆς, vitæ nostræ exemplar semper in oculis ponamus:

## LOCUS III.

DE

## ANGELIS.

§. I.

**I**nter creaturas nobilissimæ ministri sunt Dei inconspicui, qui no- <sup>Nomen.</sup>  
mine מלאכי Scripturæ veniunt. Denotat autem Ebrais vox מלאכי originis in Hebraismo quidem non usitate, in Arabum tamen, ac Ethiopum lingua reperiundæ vi, eum, qui mittitur; vel servitii, vel præsidii causa mittatur. Non incongrue adeo nomen angeli vel nuncii Filio Dei in Veteri Testamento tribuitur: sæpe missus enim a Patre est tanquam מלאך שליח olim, incarnationis quo futuræ præjudicia daret, ac munus mediatoris, quod nunquam non ipse sustinuit, obiret, angelus increatus, princeps ac mediator novi fœderis, imo ipsum fœdus populi XLII, 6. in quo fœderis promissiones impletæ ac exhibitæ sunt. Vid. LXIII, 9. XLII, 19. Quum autem creaturæ nomine hoc appellentur, vel homines, iique vel Dei vel hominum nuncii XXXIII, 7. XLIV, 26. ac XIX, 2. XXX, 4. vel Spiritus Dei ministratorii notantur, æque cum aliis creaturis in principio omnium rerum capitali a Deo conditi, sub cælorum exercituum siquidem Gen. II. Mosi comprehenduntur. Vid. XLV, 12. VI, 2. quo tamen die conditi, certo ex Scripturis, ex quibus tamen unice veritas hic inquirenda erit, definiri nequit.

§. 2. Sunt autem angeli natura sua Spiritus puri, unde *Seraphim* Natura. VI, 2. dicuntur, ignei nempe flammis que vel omnes flammis vincente splendore armati, & ignis urentis omnia facile penetrantis nomine nuncupantur Spiritus Psal. CIV, 4. quorum respici a Josaia docent Interpretes. Quare cum *Grotio* statuendum necessario haud erit, ex angelis, quorum alios æreos, alios igneos esse ad l. c. ex Psalmis docet, igneos, tam bonos quam malos, dici *Seraphim*, iisque cum reliquis corpora esse sed subtilissima, Chaldæorum veterum tamen schola quod sensit cum Pythagoricis ac Platoniciis, quibus veterum Chri-

E 2

Stiano.

stianorum non paucos jungi posse constat; licet in ipsis angelis imbecillitates quasdam, humanis, si cum Deo comparentur, respondere Grotio concedatur ex VI, 2. facies suas ac pedes suos coram Deo velare ubi dicuntur. Non tamen obstat, quo minus in assumtis corporibus angelos apparuisse, docente Scriptura, ex his colligamus; quum forte etiam כרובים ipsi, omnem figuram siquidem כרוב declarare viri docti volunt, vocentur, ac per emblemata סלם Cherubim Templi Salomonis suo modo juxta Coccejum significentur XXXVII, 16. variis induiti formis quod apparuerint.

- Intellectus.** §. 3. Spiritus autem puri cum sint angeli, intellectus iis inerit excellens, quo longe superabunt equidem homines, ad cognitionis autem divinæ rationem nunquam pertingent: solius enim Dei est omnia scire: nec adeo dubium erit, quin voluntate iidem quoque præditi sint, quum sine voluntate nulla intellectio. Hinc sane tanquam ex fonte fluunt veneratio eminentissimæ Dei majestatis maxima, propensio voluntatis ejusdem perficiendæ indefessa, imbecillitatis autem suæ, qua lucem divinam ferre nequeant, agnitio, ac vilis, qua, officia licet executi sua fuerint, non mereantur aspicere Deo, confessio, iis VI, 2. tributa. Toti imo ardente amore Dei. Ita enim dicitur: שרפים עומדים סרפים Seraphim stabant ac quidem חתם coram Deo: sex alæ erant cuique; duabus velabat faciem suam, duabus tenebat pedes suos, duabus volabat. Non tamen muti adsunt Deo, sed voce ipsam celebrant omni affectu cap. cit. 3. 4. Unde simul colligitur, conceptus mentis suæ sibi invicem angelos manifestare, ratio loquelæ eorum sit licet nobis incognita: clamavit enim hic ad illum ac locutus est, l. c. dicitur.
- Potentia.** §. 4. Vis tamen operandi miranda quoque a Deo iisdem data est, quæ ea omnia, quæ naturæ suæ convenientia volunt, efficere possunt, cuius sane specimen dedit egregium angelus ille Jehovæ, a palatio cœlesti egressus, qui una nocte in castris Assyriorum centum ac octoginta quinque milia armatarum, sive id in millia corporibus luculentissima, Varenio quod probatur, factum sit, vel alia ratione, nil interest, perussit, advenit e strage illa immunes mane qui surrexerant, cadaveribus repleta omnia viderint loca. XXXVII, 36. Ingens itaque angelorum numerus, (exercitus caelorum nomine qui innui dicitur) licet nobis incomptus sit, maxima demum efficere valebit, clades



des Assyriorum unicus, (plures enim hic fingere quid coget?) cum fuerit maxima. Ordinem quoque inter eos dari, non negamus, determinare itidem licet nequeamus eundem, soli Deo cum notus sit. Ex *Seraphim* certum, uti quoque *Cherubim*, ac quidem illum inter precipuos constitui ordinem, e VI, 2. ac XXXVII, 16. non probatur: omnis cum potius multitudo angelorum nominibus hisce innui, videri cuiquam possit. Temere hierarchiæ cœlestes sane constituuntur iis, qui easdem in tres dispescunt.

§. 5. Omnes omnino sunt Spiritus ministratorii, a Deo, cuius, **Officium,** gloriam reputantes ejusdem, ac omnibus eandem notificandi studio ardentes, ut exequantur voluntatem, promti *semper Deo astant* VI, 2. 3. 4. εἰς δὲ ἀνομίαν ἀπὸ οὐρανοῦ ἐκείνου, ipsum eorum nomen prout jam innuit, *dicat* ἰσὺς ἡμεῶν ὡς καὶ ἀγγέλους καὶ ὁμοιωμένους αὐτοῦ, Ebr. 1. ult. ratio licet occupationis hujus angelicæ circa salutem hominum fere sit incognita, cuius tamen documentum dat illustre ex *Seraphim* ille, qui virtute divina in ministerio confirmatus, igne, qui cœlitus fuerat datus, forcipe ex altari capio, orique ac labiis Prophetae, Dei ad conspectum, qui est ignis devorans, exterminium sibi, peccatori, præsentientis, adnoto, hisce verbis eum allocutus est: *Eccc, appropinquat hoc ipsum ad labia tua, de quorum impuritate es conquestus; igitur nunc recedet iniquitas tua & peccatum tuum expiabitur: ipse ardens ac flamma fecit linguas igneas, ac adeo flamma dedit flammam, Varenius ut ait VI, 5. seqq. per prunæ symbolum, baptismi Christi typum: nec inepte quoq; Assyriorum moris XXXVII, 36. curam angelorum circa ecclesiam, politiam & oeconomiam probare dicitur.* Singulis autem nationibus peculiare a Deo præfectos esse angelos, pro suis gentibus ac earum teris apud Deum intercessores, prodigiose quos locis quam plurimis in commentariis suis inducit *Abarbenel*, nullo nititur fundamento, nec orbes eos cœlestes rotare, ex Scripturis rite probari poterit.

§. 6. Descivere tamen olim ab officio suo, ac in Deum peccare, Quorum-  
vere angelorum quidam, in officio suo aliis permanentibus, qui ob-  
id a Deo, obedientiam constantem remuneraturo, in bono jam fir-  
mati sunt, nunquam adeo lapsuri, sed in ministerio Dei persisturi, glo-  
riam Patris sui, qui in cœlis est, semper intuentes, VI, 2. li autem, qui  
sua culpa, principe quodam angelorum, plurimi quem secuti sunt,  
præcunte, in peccatum, quod superbiæ multis fuisse dicitur, sunt pro-  
lapsi,

lapsi, impuri *perversuatum spiritus* XIX, 14. Deo perpetuo advesantur, ac in hominibus omnis generis impuritates operantur, Deoque laxante habenas eosdem *inebriare conantur, altum ut dormiam soporem* l. c. ac XXIX, 10. summe Deo sunt invisi, eque forte meliore ad deteriorem olim *rejeſti dies noctesque cruciandi*, quo saltem al- ludi XIV, 12. non videtur negari debere, ni conferti Nabuchodono- forem Satanæ, in notis *Vauabli* prouti docetur, magis placuerit. Est sane inter Satanam omnemve Anti-Christum quædam analogia: omnis enim *Ἰσφωθελς* incidit *εἰς κείµη τῆ διαβόλης*, notante *Coccejo* h. l. quod ne experiamur æterno malo, peccatum instar diaboli, cui suam etiam debet nativitatem, fugiamus, nec vinec actu a Deo, cujus sine permissione nihil omnes valent cacodæmones, cultu averti nos patiamur, sed *πανοπλιᾶς* cœlesti induti *μεθοδελαις τῆ διαβόλης* (Eph. VI, 11. 12.) fortiter resistamus.

## LOCUS IV.

DE

HOMINE IN IMAGINE DEI  
CONDITO.

§. 1.

Hominis  
essentia.

**O**mnium creaturarum pulcerrima Deoque carissima homo est; merito proinde nomen a perfecta & absoluta elegantia & pulcritudine, mente divinæ lucis radiis illustrata, corporeve mirando artificio formato, olim relucente, primitus a Deo conditus, traxit, egregie prout docet Illustris *Jobus Ludolfus* in Historia Æthiopica.

Imaginis  
divinæ ra-  
tio.

§. 2. Imago tamen Dei, qua hominem a Deo conditum docet Scriptura, omnium pulcerrima fuit; in rectitudine ea enim summa mentis, quæ imaginis divinæ sedes est primaria, consistebat, intellectu miranda rerum creaturarum, earumque omnium originis cognitione, voluntate autem summa justitia ac sanctitate veritatis refulgente; eam totius quoque corporis, ei siquidem nonnulla imaginis divinæ vestigia negare nequimus, maxima temperies, ductui rationis qua se nunquam non sistebat, comitabatur. Unice adeo homo emanat Dei recens eum, qui *ἀρχέτυπον* sibi erat, supremum prout bonum amabat, vita que omni, exemplar ut vitæ, exprimere in deliciis habebat, plane  
prout

prout Dei *εἰκόνα* in scientiā & sanctitate veritatis decebat, dignum quo factore suo reperiretur. Obiter sane, observante Coccejo, XVII, 7. 8. docemur, quomodo nos fecerit Deus? *na rectos nempe & bonos, unice ipsi ut inueneremur, ipsum amaremur, ipsi adhiere sceremus, ipsum profeceremur; nam hoc ipso, quia est factor, obligamur ad eum inuendum.* Intueamur itaque etiam imaginem eius, qui condidit nos olim, eandem cum illa quam in nobis renovari in Dei gloriam oportet, quo nihil nisi opus Dei in nobis reperitur XLIII, 7. imo sumus & fiamus iterum ut olim in prima creatione fuimus, per regenerationem & renovationem, *opus manuum Dei* *וְהָאֱלֹהִים* i. e. quo tanquam ornamento gloriatur, e LX, 21. Vid. quoque LXI, 3.

§. 3. In Imagine enim hac sui marem & scēminam, inque his uniuersam naturam humanam, Deum olim condidisse, diserte sapiusculē Scriptura docet, ac ex eo quoque colligi sere poterit, quum *creauisse* olim Jesaia dicitur *Deus* *וְהָאֱלֹהִים* *inhabitatore* terra XLV, 12. coll. v. 18, XLII, 5. Masculi & scēminā nomen non solum est *וְהָאֱלֹהִים* sed quoque de ipsa natura humans dicitur. Vid. Dn. Præsidis Theologia Judaica h. l. §. 4. Si autem imago hæc Dei sancte a protoplastis seruata esset, viribus eum in finem sufficientibus instructi seruari prout potuissent, nos posteri ipsorum cum ipsis perfectissima Dei fruitione æternum victuri, aliquando ad cæli gaudia fuisset translati sine morte corporis, utpote quam in isto statu nunquam essemus meriti; quum *frustra se colit velle* semper Deus negaverit XLV, 19. natura quoque magistra prout docet. Vid. LI, 1. 2. 3. — 6. &c.

§. 4. Omnes omnium hominum animas initio mundi a Deo creatas sine corpore esse pares sive conjuges, i. e. mares pariter & scēminas, communi Hebræorum opinione LVII, 16. doceri censetur, quum tamen, curate modo locus inspiciatur, longe aliud ibidem innuatur, dicit enim Deus: *non æterna erit ira in homines, quia spiritus hominis a facie mei (irati nempe) in æternum periret, animasque ego feci omnes, quarum oportet memiseri: vel quoque e Castatione animas ego faciam* hominibus, placatus eis per Christum, inque felicitatem promissam eos perducens. Quacunquē ratione tamen interpreteris, animas initio mundi creatas notari non posse, animas veres, illis siquidem Deus irascitur nequit. Omnis autem status num ex uno flatu Adæ sit adhuc, vel novæ animæ num ex nihilo adhuc creentur, disquirere hujus non erit instituti.

Locus

LOCUS V.  
DE  
PROVIDENTIA.

## §. I.

**Nomen.** Immenſa Numinis potentia ac bonitatis radii in rerum creatarum regimine, omnimode ſiquidem omnes creatura non minus in operando quam exiſtendo a Deo dependent, continuo ſe exerunt. Nominem autem *providentia* appellari ſolet mundi regimen, quod tamen non otioſam cognitionem, ſed actionem vel curam Dei notat, qua omnes creaturas conſervat ac gubernat.

**Exiſtencia.**

§. 2. Dari autem providentiam divinam, ex ratione non ſolum, quam manifeſta ejusdem in regimine mundi indicia habere, etiam Ethnicorum ſapientes agnovere, ſed quoque ex revelatione conſtat. Vere Dei exiſtentiam ac creaturarum ab eo dependentiam modo ſtabiliveris, negari divina providentia nequit; unde Jeſaias, omnium rerum conditorem quum aſſeruiſſet Optimum Maximum, mundi Dominum ac principem eundem, omni creatura optime proſpicientem declarat XL, 21 — 26. inter alia ajens: *Eſt Deus ſedens in ſphæra terra, licet nec cælum nec terra eum capiat, maxime negotioſus, ac ſane ejus inhabitatores ſunt velut locuſta coram eo, ad proſpiciendum ſibi de rebus neceſſariis viribus deſtituti*, Deique adeo providentia continui influxus indigi, ſine quo neque eſſe neque operari queunt creatura; vertit ſe autem mox v. 27. 28. Vates ad agonizantes, qui in ſeruis temptationibus de providentia cogitantes vel Stoici vel Epicurei ſunt, vere prout Chemnitzius dixit, eosque de providentia Dei circa pios occupata certos reddit e providentia Dei, qua mundum ſumma ratione regit. *Quare dicis, inquit, Jacob, ac loqueris Iſrael? Via mea a Domino eſt abſcondita, ac a Deo meo ius cauſæ meæ præteribit.* Deo non ſum cura. *Nonne noviſti? nonne audiſti?* Jehovah, יהוה אלהי Creator finium terra non deſeſcitur, nec fatigatur res humanas gubernando, pollui Deum prout cura hac Dei docuere multi: non eſt perveſtigatio intelligentia ejus, cujus admiranda in regimine hujus univerſi præcipue autem Eccleſiæ dantur pluriſima eaque, *aveſtigiis a lapſis dum novæ ſubinde vires dat, eis, qui vegeti ſunt atatis, deſicientibus viribus ac adeo miſerrimis*

ferrimis, ev. 29. 30. l. c. Vid. quoque LXIII, 1 5. 16. LXIV, 9. 10. 11. XXV, 1—5. Providentia quoque divina circa res hominum non leve dat argumentum conservatio rerum publicarum ac conversio, in quibus divinam providentiam recognoscere est piorum, sine divino nutu omnia quum fieri vulgus ducat; prout e XXXVII, 24—26. IIX, 6—10. X, 5—11. 15. XLIV, 25—28. XLV, 1—4. XLVII. ac XLIIIX, 14. 20—22. &c. patefcit.

§. 3. Solius autem Dei ac quidem Triunus benignissimi paren- Dei actio.  
tis cura, omnium conservatrice, LIV, 5. coll. XXII, 8. 11. 12 ac IV,  
5. 6. &c. regitur hoc universum inque eo res omnes, ne minimis qui- Objectum.  
dem exceptis, e jam dictis sine labore quod colligi poterit. In pri-  
mis tamen res intelligentia præditas, Deique ad imaginem conditas,  
interve eas omnium maxime homines, respicit divina providentia, o-  
mni jure proinde ut habeatur insipientium instar, eorum, qui profun-  
diora quam ipse Deus, ipsum imo Deum qua quoque fugere videntur, arro-  
ganter petunt, operaque sua in tenebris veluti Deo ignorante fieri opinan-  
tur, vox, qua elati se jactant XXIX, 1 5. dicentes: *Quis videt nos, aut quis  
novit nos? Insipientia hæc sane summa clare satisque acerbe v. 16. nota-  
tur: O perversitatem vestram! dicit Vates, dummodo instar lani figulis  
repulietur opus vestrum ratiocinatione, sibi constabit: Quando dicet  
opus factori suo? non fecit me: aut figmentum dicet fictori suo? non in-  
rellexit. Vid. quoque XL, 27. 28. Vitam enim hominum omnem,  
actionesve eorundem omnes Summum moderatur Numen: ac origi-  
nem quidem quod spectat, Deo eam deberi jam ex primæva creatio-  
ne perspici potest: eidem enim etiamnum debemus, quod portemur  
jam a prima origine, imo ex quo in utero esse cepimus, ac gestemur jam ab  
ipsa matrice, & portandi gestandique suscipiamur: Ipse Deus facit nos  
XLVI, 3. 4. matres ut emittantur efficit, imo quasi gignit LXXVI, 9. ipsius  
quum benedictione generemur omnes XLIV, 7. 8. XLIIIX, 1. e semine,  
quod aqua nomine Ebrais notatur, a parentibus LI, 1. 2. qui non ma-  
gis, quam qui agrum confevit, fruges quas reddit ager, progenerasse  
perhibetur, dici possunt hominum effictores, licet sint eorum geni-  
tores. In progressu vitæ idem ille hominem quoque conservat, ac  
rursus quasi semper creat, singulari quum vitæ humanæ partes innu-  
meræ inter se sint distinctæ, non autem continuæ. Inde dicitur por-  
tare ac gestare jam ab utero & matrice per totam nempe vitam: imo*

ad senectutem usque ac ad canitiem usque bajulare hominem XLVI, 3. 4. Ipse imo l. c. inquit: *Ego feci, egoque gestabo ac quoque bajulabo, concipiam olimque liberabo ex utero, vel pariam.* Dirigit in omnibus vitæ actionibus homines, quum sine eo neque esse neque operari quicquam queant; versatur enim divina providentia circa omnes omnino hominis actiones, bonas ac malas, deficiente siquidem a conditore suo primævo homine, omnes mali nascimur, (mox prout dicitur) ac actiones inde malæ obveniunt plurimæ, e XLIV, 25. seqq. XLV, 2-7. at ita tamen, nullo ut modo Deum peccati autorem esse statuatur, cum id odio prosequatur LIX, 2. Orbis sane Monarcha non magis sine Deo se movere potest, quam securis sine cadente vel serra sine agente: infolentia enim cogitata Assyrii, quibus gloriam victoriarum sibi attribuerat, nec Dei decreta ob Deum executus erat, notanter a Deo redarguuntur X, 15. *Num quoque, dicitur, securis superbiat contra cadentem eam? si magnifice se serra efferret contra agentem eam, res plane eadem esset, ac signaret virga eos, qui tollunt ipsam, vel ac si baculus tolleret eos, qui agebant ipsum, atque sic non esset lignum.* Operari itaque non valent homines, nisi ad agendum a Deo moti: Motio autem Dei valida maxime est, adeo ut ea posita non possit non evenire quoque effectus, necessitate tamen solum, quam vocant, consequentia, ob præscientiæ Dei infallibilitatem: nam ab æterno jam omnium futurorum eventus æque certe, ac si imperasset, præcognovit, ita tamen ut libertati hominis nulla inferatur vis; quum sapientissime, ne cogitantibus quidem hominibus, decretum suum per homines exequi possit Deus, omnium hominum cogitationes ipsum quod excedit. Vid. X, 5-12. Imperferutabilis divinæ providentiæ admirationem cui non exsistat *virga ira Dei*, virga, qua usus est contra Israël, ratione longe diversa ab ea, qua virga venerat, sine Deo cum initio omnes cogitationes curasve suas suscipiebat, quarum penas quoque olim luet el. c. 12. cum omnibus iis, qui fecerunt, quod Deus noluit: *virga enim, que in manibus Assyriorum erat, ipsa indignatio Dei fuit, qua de inimicis Dei factum, quod Deus voluit.* Vid. quoque XII, 3. 4. XXIII, 9. 10. XXXVII, 29-32. ac IIX, 9. 10. Inluit autem in malas actiones, qua actiones sunt, non qua malæ sunt actiones: malitia enim, voluntatis est humanæ opus, lege conditoris, qua voluit, ut, quoties mens corpori unita vellet organicas corporis

poris partes moveri, illa sic moverentur, abutens: virtutes tamen suas ostendit semper multiformes, optimum e malis eliciendo finem, e locis jam adductis qui omnibus elucescit. In egressu denique ex hac vita, lapsu protoplastorum jam omnibus communi, Dei quoque se exerit providentia, dum certum cuius hominum vitæ terminum posuit ab æterno, naturæ indolive hominis quem præcognovit a se ordinarie promittendum esse: sape tamen iusto Dei iudicio impiis vitam abrumpi, prius quam vitæ terminus natura fixus adsit, piis autem e singulari gratia prolongari eundem, imo quoque piis gratia divina præcidi, impiis autem e vindicatrice iustitia Dei prolongari vitæ terminum, cum *Varenio* e LVII, t. 2. exemploque maxime Ezechie discimus, respectu naturæ qui morbo lethali, quo decumbebat, moriturus, mediorem tamen respectu a Deo ordinatorum, vicina mortis sententia percepta statim adhibendorum, certo prout decretum, erat victurus. Ipse vita auctus eidemve restitutus XXXIIX, 10. dicit de se: *Ego mente cogitabam: in resuscitatione dierum meorum*, ætas priusquam absolvetur, quam hominum plurimi agere solent, quamve lex promittit obedientibus, hinc abiturus sum: *privatus sum enim reliquo dierum meorum*, vitæ meæ mihi quos promittebam; *inquit* v. 12. ait: *Dixi: habitatio mea velut alas translata est a me tanquam tentorium pastoris, manu impulsam quod corruit; vitæ stramina præcisa mihi mea culpa sunt; apanno abscissus sum; intra hunc diem moriar, nam o Deus me finies. Vixisse tamen ad quindecim annos se per promissa ac statuta divina v. 15. docet; Quid dicam, ait, amplius? cum ipse Deus dixerit fore ut convalescam; Ipse enim ille quoque fecit, sanitatem mihi reddidit: quo tendit interpretatio illa docti inter Hebræos apud *Vatablum*, *Kimchii* puta v. seq. *Cognovi Domine, quod ultra prescriptos annos vivere possunt homines, si tu volueris: id quod aliis narrare soleo. Proinde curat Deus omnes omnino homines, peculiariter tamen proxime Deo junctos, Deique amicos, Abrahæ instar omnium credentium Patristrahandos, e XLI, 8. respicit divina providentia: lis dicit omnibus e 10. l. c. Noli timere, nam tecum sum ego, est fulcimento tibi מִימֵרֵי Chaldaeo: noli animo concidere, quia ego Deus tuus, feci te esse viribus, etiamque opulenti sum tibi: sustinui te semper dextra iustitiæ meæ. Vid. XI—16. XLIII, 1—7. 14—21. aliaque penecinnnumera documenta. Ipsi inde ajunt LXIV, 7. 8. Vere, o Jehova, pater noster es: nos sumus lu-**

rum, ac Tu es sigillus noster, opusve manus tue omnes nos sumus: populus tuus omnes nos. Totam enim Dei circa populum suum dispensationem, non solum creationem respici, e LXIII, 16. clarum est. Vid. IV, §. 6. coll. LIV, ult. &c.

Forma,

§. 4. Exerit autem se duabus potissimum actionibus divina providentia, *conservatione* nempe, qua res a Deo productæ, singulis momentis, ut consistant, ab eodem continuantur, in nihilum alioquin abituræ XL, 22. XLII, §. &c. ac *gubernatione*, qua mundi omniumque in eo rerum ac actionum administrationi operam dat, viis rerum prima creatione naturæ inditis, vel extraordinariis utens, e dictis protuli colligas. Illustre exemplum extraordinariæ viæ Dei in gubernatione universi datur in miraculo *Heliæ* dato pro signo vitæ in hoc mundo prolongandæ a Deo, quod hoc loco expendere, in tituti ratio prohibet. Vid. XXXIX, §.

Finis,

§. 5. Divinæ providentiæ amphitheatrum omnes semper spectemus, ac amore fervide complectamur providum nobis Deum, fideque ambulantes animas nostras ipsi committamus; nulli sic prævalebunt portæ inferni. LIV, ult.

## LOCUS VI.

DE

## PECCATO.

§. I.

**I**maginem Dei, qua integer a Deo conditus primus homo, omnes cum eo ipsius posteris amissimus, eque felici ita statu, quo a Deo constituti cum eo eramus, dejecti, imagine Diaboli conspicui, miserimam vivimus vitam, mortis quoque omnigenæ rei.

Onomatologia.

§. 2. Imaginis Diaboli cognitionem ipsa ex lingua, ea nempe, qua secreta sua pandere mortalibus Nuanini visum est, habebimus, e jusdem ad indolem modo accuratius attendere, operæ pretium quod est hoc maxime loco, rationem quam non obscure declarat peccati, placuerit. Vocatur autem peccatum חַטָּאת vel חַטֵּאת quo aberratio a scopo & viâ, oblivioque Dei notatur; LXX. Int. fere *diuapliou* est: dein quoque dicitur *יָרָא* quod apostasiam vel injustam dominii excussorem justî, legisque Dei denotare dicitur; sæpius Græcis est

ἀνομιαν.



*ἀνομία*. In *ny* pluries uti quoque vocatur, pravitas omni rectitudini opposita innuitur; varie unde Græcis redditur. Idem fere notare dicitur *חלי* declinationem puta a iusto, ac *ββιν* ejus, in quem peccatur. Porro *ששע* & *שעשע* dicitur, improbitatem quod notare, ordinisve conturbationem, ut *רעע* malitiam & nequitiam, creditur. Omitto reliqua peccati nomina, vel jam notata, declarare suse, prout opus esset, ratio instituti quum non permittat, ac maxima peccati turpitude, quæ tanta, merito horrorem cuius ut incutere debeat, abnegati domini & legis reum quoque quovis constituyente, e dictis jam elucescat. Videri iaterim hic poterit *Coccey* Summa Theologiae c. XXIV. ac Disputationum Selectarum V.

§. 3. Nullo modo autor peccati est, vel fieri potest Deus: omnis bonitatis enim principium & fons unice est, nullius in hominis animum ut adeo venire queat sine blasphemia: Deo *ὁσιότητι* boni, aberrationemque hominum a fine & scopo suo, qui est, Deo similis ut sit omnis, divinaque bonitas ex omnibus elucescat, ulla ratione placere, adeoque ejus quoque rei causam esse, qua Diabolo similes reddantur rationales illæ creaturæ. Odit peccatum, gravissimaque in læsa majestatis suæ reos commovetur ira, pœnave, qua Optimum Maximum se offendisse sentiant omnes, vindicat sui abnegationem, in omni quæ peccato fit. Vid. I, 2. 3. 4. 24. LXVI, 4 coll. LXV, 2. &c. Impedire autem licet potuisset Deus, quo minus laboretur homo, modo voluisset: decrevit tamen nil quicquam de hominis libertate, qua perfectionum Dei *ἐπιδοσῶν* maxime quoque erat, delibare, in primis viribus quum sufficientissimis, ad effugienda vel repellenda Satanæ tela, hominem instruxerat; hujusve decreti virtute permisit, eum, cui, extraordinarie suppetias ut ferret, non erat obstrictus, labi, prius quum *πολυπλοῦν σοφίαν* demonstrandi occasionem noverat hic futuram. Vid. XLIX, 4. &c. Nullo quoque modo his obstat, de futuro, ni liberaret Deus ecclesiam, quod dicit Propheta LXIII, 17. *Quare sineres nos errore deflectere, o Jehova, a viis tuis, indurares cor nostrum*, prorogando nimirum mala nostra, ne timeremus te; de eo enim, quod alii Deo imputari essent, loquitur, vel, prout alii ducunt, de eo, quod, posito pravo hominis affectu, judicis instar Deus sit facturus, ad culpam instar pœnæ se habiturum. Ita enim XIX, 14. 15. dicitur *Jehovah misit in medio Aegyptiorum spiritum perverſitatum*,

errori quo sint obnoxii. Sceleris omnis autores autem sunt Diabolus, quo infestior nunquam homini hostis est, fraude hominem agrediens, inque peccati societatem perducens, ipseque maxime homo, nimium temere Diaboli verbo tribuens, a quo Deo perfide deficiens, jamque imago Diaboli carnis mundique illecebris illaqueatus. Utrique amice in peccatum conspirant, ac peccati causa jure ducuntur.

Materiale  
& formale  
peccati.

§. 4. Illud tamen, cui *avopula* adhæret, vel carentia conformitatis cum lege divina, vere quæ peccatum constituit, recte dicitur Deum sui originem agnoscere, omnimode quæ creaturæ, prout in existendo etiam in operando, a Deo dependeat. Innere id Scripturæ phrasæ, quæ hic reperiuntur, aliquid causæ mali primo intuitu licet cuiquam videantur inferre, Deoque tribuere, non incongrue dicitur.

Consequens,

§. 5. Ostendant maximam peccati foeditatem ejusdem sequela. Oriiri enim e peccato, rivulorumque instar e fonte manantium, profluere omnem malorum congeriem, evidenter docere quoque poterunt verba illa Messæ, quibus, Deum potentem & bonum prius quam asseruisset, declaraturus, peccata in quam nos deducant miseriam, dicit LIX, 2. *Vere iniquitates vestre, o peccatores, fuere divisores inter vos ac Deum vestrum*, muri instar aut parietis sunt interpositi, quo alter alteri auxilio esse nequeat, sed ab eo separetur: imo peccata vestra abscondi faciunt meritorie a vobis *οὐδὲν προσέσπονται ὑμῖν ἀμαρτίαις*, nemo ex illis ut exaudiat. Quid autem magis miserum concipi potest? Vita sane Dei destituti, a quo Deo abalienati, *οὐκ ἔστιν παρὰ τὸν θεὸν ἡμῶν ἀμαρτίαις*, summæ miseri sunt, iræ Dei ob peccatum expositi quum nunquam non vivant, imo a communione cum Deo exclusi æternum crucientur; rei enim non solum læsæ majestatis divinæ sunt peccatores, sed quoque pœnæ vicariæ æternum duraturæ, quæ rebellibus a Deo ignis instar consumente infligenda, cujus hac in vita præludia mentis male sibi conscia terrores derelictivæ animæ gratia divina orbæ, e XXXIII, 14. Illud etenim divina requirit majestas; unde Vates, pars populi corrupti XLII, 24. seq. dicit: *Quis exposuit dilacerationi Jacobum ac Israelitem direptioribus? Nomen Jehovah? Ipse est cui peccavimus; quia noluerunt omnes acquiescere viis ejus inambulando, nec auscultarunt legi ejus. Inde effudu in ipsum populum suum excandescens iræ suæ ac robur belli: Verum ἀναισθητοῦς jam erat, ad maxime recedendum a*

Deo

Deo iudiciis ergo divinis excitatur e. l. c. 21. 22. suppliciiis adeoque æternis tradendus XXII, 12. 13. 14. Pœnam enim exposcere peccatorum a Deo alienum non est, hic etiam cum exaltetur & sanctificetur in hominibus V. 16. coll. I. 24. Dicitur tamen *Dei hoc opus, opus ejus alienum, opus hoc ejus peregrinum opus ejus ab eo, XXIIIX, 21.* quum illud, quod erga alienos a fœdere suo exercet, erga populum sibi fœderatum facere necesse est: interitu ad hæc creaturarum non delectatur, sed misericordia eorum tangitur, attamen gloriæ suæ sine desertione. *Nemo proinde illudere Deum sibi præsumat, ne ob id durior reddatur ejus sub peccato retentio: exim consummatio & præcisio a Jehova Domino Zebaoth e v. 22.* Omnino punit Deus, e. l. c. seqq. Vid. IX, 7-12. imo 13. ad fin. X, 1-4. 16-19. &c.

## LOCUS VII.

DE

## PECCATO ORIGINIS.

§. I.

**O**Mnes omnino justitiæ originalis exfortes propter peccati primi Originalis hominis meritum nascuntur, ipsi quum fœdus Dei, quo omnes peccati ex- in ipso protoplasto stetit, jure violasse censeantur. *Israëlitas istentia & peccatores rei hujus, vere criminis, arguit XLIII, 27. m. i. Messias, origo,* cum dicit: *Pater tuus primus peccavit,* non sane Abrahamus, prout *R. Salomo*, cumque illo interpretum non pauci, non eodem tamen scopo, docent; nedum Jerobeamus, inepte prout *Aber Esra* fingit, vel quoque *Manasse*, quem hic inducit *Grotius*; omnium enim parentem hic oportet intueamur, Adamum a manu creatoris sui recentem, ipso docente *Kimchi*, cumque eo interpretum plurimis, eque Judæis *Abarbenete*, ratione in Judæo notatu digna data: **האדם** **שומע בפהו** i. e. homo naturificatus est, ut loquar cum *B. Schmidio* in commentario, in peccato; nam fumentum cordis humani malum est a pueritia ejus. Hisce quoque paria sunt, quæ e *Salomone* ad h. l. (nobis Judæos modernos ea subtraxisse tamen necesse est) profert *Martini* Pugio fidei P. III. D. II. c. VII. §. 2. ultimum vero hemistichium ad Adamum & Evam ibidem a quibusdam referri docetur: dicitur hic **שליח** i. e. oratores vel loquaces tui, ignota in lucem proferentes præ- *varicati*

*varicati sum contra me* : ab iis originale habes peccatum ; plurimis licet de Mose & Aarone intelligatur, quorum, virorum utpote piorum, exemplo omnes actu proprio peccare ostendatur. Interpretationem sequaris, optimam quam h. l. duxeris, justo Dei iudicio Adami peccatum omnibus ejusdem posteris imputari jure, in iisdem siquidem cum Adamo circumstantiis constitutos rebus suis melius non consulturos illos novit Deus, omnesve proinde in uno inclusit, (egregie quod adumbrat mystica illa commentatio de Adamo integro & lapso e Jesaie cantico de vinea dilecti sui, a Salomone e Tanchuma & Bereſchit Rabba proposita in Commentario ad Canticum, qua de videri poterit quoque; Varenus ad eum locum) ac mortis quoque rei, simulac nati, omnes quandoquidem dicuntur, necesse erit fateri : ob id universi enim pœnæ obnoxii v. 28. docentur. *Pater enim culpa,* inquit Prosper, *ubi non latet pœna, & societas peccati convincitur de damnatione supplicii.* Omnes natura sunt peccatores : nam quisquis, *peccator ab utero*, ex quo in utero esse cepisti, ipsa ut conceptio in peccato innatur, *vocatus es* juxta veritatem, cum in scientia Dei intima etiam perspiciente, tum quoque in Scriptura Sacra, e XLIX, 8. *etiam jam olim non aperuit se auris tua,* verbis Dei ad obediendum. In Veteris Testamenti ecclesiæ persona dicit inde Propheeta LXIV, 4. §. 6. *En, o Deus, iratus fuisti nobis, ac quidem, fateri enim cogimur, peccaveramus,* in primis quoque parentibus, *in illis vis,* verbo quas nobis patefecisti, *modo mundus irat, vere salvabimur.* Omnes nos, omnes nos natura filii iræ.

Forma.

§. 2. Est autem intima ac ineffabilis naturæ corruptio originale hoc malum : non enim iustitiæ originalis perfectione solum destituti, nihil habentes, cujus gratia imagine divina nos coruscare dici possit, sed quoque natura omnibus viribus penitissime corrupti ac ad mala proni sumus, monstrum horrendum, informe, ingens cui lumen ademptum. *Intellectum* enim peccatoris si consideremus, res quoad spirituales, manca inibi maximeque horrida caligo veræ divinæve luci nunquam fere relinquens locum, reperietur. In *voluntate* quoque maxima corruptio non magis obscure se prædet ; omnibus etenim a vero hominis bono aversio ac ad cordis sui figmentum tantum malum conversio in eadem sese sistet IX, 1. In *affectibus* denique mira perversitas negari nequit ; debiti enim rationi obsequii reſectio rebellis

rebellioque, ac pravorum circa carnalia & caduca desiderium illis omnibus erit evidens. Quî adeo mirum, immune si nec corpus ab hoc malo vere malo sit; illud mentem, naturæ suæ oblitam, in avia rapit. Pulcre proinde Vates: *Vere fuimus ut immundum*, instar leprosi peccatis obsordiuimus, *nos omnes ac universi*: per universum enim se diffundit hominem originis malum; *ac ut panniculus abjectionum*, qui pustulis imponi deinde abjici solet, *omnes justitia nostra*: Imo non est invocans nomen tuum, excilians se ad apprehendendum te, ne in condemnationem genus labatur humanum, iudicio Spiritus tui, LXIV, §. 6. *Omne caput in morbum abiit, totumque cor languidum: a planta pedis usque etiam ad caput non est incoagulatum, sed vulnus & livor & plaga purulenta; non expressa, nec obligata, nec emollita sunt oleo*, I, §. 6. non enim inconcinne de corruptione naturæ, corpori pessime affecto quæ eleganter comparari potest, proprie hæc explicari, videtur, corpori reipublicæ Judaicæ proprie eadem quosdam accommodare non male, licet noverimus, qui tamen ipsi in phrasibus respectum quandam ad originale malum non negant. Vid. Schmid. h. l. Non tamen ipsa hominis est substantia aut de ejus essentia malum originale, e creatione prouti patescit, eque redemptione, justificatione ac resurrectione hominis clarius patebit.

§. 3. Omnes sane omnino homines a primis parentibus per Subjectum, generationem carnalem ortum trahentes malo hoc infecti sunt; nemine quoque excepto, e dictis prouti colligi non erit difficile; nec enim omnibus populis, maxime orientalibus & in his vatibus Dei, frequentes esse hyperbolas LXIV, 4—6. ac XLIX, 8. quod Grotius docet, probari potest: justitia sane divinæ non convenit sine crimine morte quenquam plecti omnigena, cui natura tamen obnoxii omnes dicuntur homines LIII, 6. coll. I. Pet. II, 25. Is solum a peccato est iamunis, qui juxta naturæ legem natus non est, in quem autem omnium iniquitas posita, Messias nempe VII, 14. coll. l. c. Vates enim noster, cujus ore Spiritus Domini locutus est, de originis malo conqueritur, ac actu se peccare simul fatetur, quam VI, 5. dicit: *V. a mibi, qui jam sum excisus*, vel certissime excidendus, *quia vir pollutus labiis sum*, (quæ tamen in propheta præcipuum sunt) adeoque natura corruptus totus, *ac in medio populi pollutus labiis ego habito*, iis non melior maximum quoad hoc malum, a majestate Dei consumendus. Vid. LIX, 4. 13—16. &c.

§. 4. Ogiuntur autem e foedissimo originis malo per omnem vitam in homine etiam renato se exerente, varia damni ac doloris aliquid ferentia mala: inde enim est ira Dei, divinæque gratiæ justa negatio. V. §. 6. derelictiove hominis: I, §. 6. inde derivari debet, quod peccator viribus ad recte agendum, in rebus nempe spiritualibus, destitutus reperitur, inque minimis quoque aliquando ignorantiam profiteri necesse habeat, ad vana pronus ducatur LXX, r. 2. Vid. in primis LXIV, 4-6. LIX, §-12. ac reliqua jam citata. Mors denique omnigena mali hujus est stipendium: ob illud enim dicit Jehovah XLIII, ult. *Contaminabo principes sanctitatis, imo dabo in deviationem Jacob ac Israël in opprobrium*: & LXV, 7. m. 2. Imo remeritam opus eorum, qui peccatis onerati, primum, i. e. ipsum originale peccatum, ipsi in sinum: propheta autem LXIV, §. 6. ait: *Immundi . . . decidimus imo ex arbore vitæ universi sicut folium, ac iniquitates nostras sicut ventus jam abstulerunt nos: nemo tibi adhaeret, ideo abscondisti facies tuas a nobis ac contabescere fecisti nos propter iniquitates nostras doloribus exquisitissimis; ac motuit sibi VI, §. præ gloriæ divinæ majestati. Optime proinde dicitur de Originis peccato e Talmude Kimebio: *Initio est simile filo tenui capilli, ac in sine sunt plures denso, e V. 18. Sit nobis montis instar magni.**

## LOCUS IIX.

DE

## PECCATO ACTUALI.

§. 1.

Origo peccati actualis ejusque ratio, **E**X originali malo, tanquam venenato fonte, actuale pullulafert peccatum, haud obscure quod innui censetur XLIII, 27. Interpretibus; primum enim solum protoplastorum peccatum inculcari si ratuas, vel una cum illo Moysis & Aaronis peccata proponi ducas, res eodem recidit: ex uno illo & primo peccato originale non solum omnium, sed quoque actuale, singulorumque hominum personale deducere Deum h. l. velle, e v. 26. & 28. c. c. elucescit. Omittendo, quod est faciendum, ac faciendo, quod factum non oportuit, (ratio utpote in quo peccati actualis consistit) e diametro Deo sumus oppositi, blandiloqui serpentis mundique sollicitationibus ac fallaciis

pellecti ac inescati, LXIV. 4-6. LXVI. 4. Israëlita inde, è reliquis gentibus in peculiū quidem a Deo electi, sed apostata facti, dicuntur I, 4. *gens peccatrix*, i. e. nil nisi peccans; *merum aliquid enim verba sepius notare, optime observat h. l. Coccejus; populus omnis iniquitate ac perveritate, peccatis peccata cumulantes; semen maleficorum, pessimorum parentum vestigia euntes, filii corruptores, alios secum in perniciem ducentes; deliquerunt in seboviam, obedientiam cui debebant, blasphemarunt sanctum Israël, ab alienarum se retrorsum, mendacique serviunt: nemo excipitur, neque infans, neque renatus. Vid. XXX, 1. 2. VI, 5. XLIX, 8. LVII, 3-11. LIX, 4-8. I 3-16. &c.*

§. 2. Offuscanda majestati Dei peccata quum faciant omnia, ac in primis actualia, odisse eadem ac ob illa quoque peccatorem, Deo dignum est. *Impii sane sunt uti mare impulsū, ætu reciproco agitata; quia quiescere nihil ejusdem potest; ac hi perinde cogitationibus suis nunquam non agitantur: imo expellunt aqua ejus cœnum & lutum; horum autem cor actiones fœdas. Impiis cuncta cadent adversa; non est pax, dicit Deus meus, impiis, LVII, 20. 21. coll. XLIX, 22. Væ proinde illis vates sepiuscule annuntiat, omnis generis pœnas quod complecti recte censetur; iisdem gratia divinæ recessionem ab universo populo attribuit populus penitentia ductus ac sua populi que peccata confitens LIX, 8. 9. 10-12. Vid. quoque LVII, 12. 13. f. Væ ergo anima peccatorum, quia sibi met ipsi male faciunt III, 9. m. 2. Væ improbo, quia malum ipsi erit, quia meritum manuum ejus, i. e. maleficium, erit ipsi v. 11. coll. 13. 14. 15. Vid. I, 27-fm. LXV, 11, 12. LXVI, 3. 4. Omnia peccata sum sumus, i. e. concitant sumum, in furore Dei, ignis ardens omni die sunt LXV, 5. m. 2. non enim obliviscitur peccatorum Deus; tardeque licet incedere videatur, pœnas peccatoribus infligendo, impune tamen majestatem divinam nemo lacessat; gravitate enim supplicii tarditatem compensat; XXII, 14. ac quoque semen impiorum licet sit diuturnum, non tamen perpetuum erit XIV, 20. m. 2. coll. XIII, 20-fm. Vicem rependit Deus omnibus peccatorum factis, paternam quoque impietatem iuste vindicaturus, quum reliquerit in parentibus impanitam, in posteris LXV, 6. 7. XIV, 27. nec tamen, ex judicio hoc Dei ejusdem odium concludere, mundo est licitum; imo ipsas in bestias iram suam*

Effectus.

erga peccatum ostensus, usum domini humani in eadem aufert, quod fit, ubi bestia occiditur XIV. 21. 22. 23.

Divisiones  
peccato-  
rum actua-  
lium,

§. 3. Plurima autem peccatorum actualium sunt genera, par-  
cis quorum præcipua saltem indicabimus, quo miserrima natura no-  
stræ corruptio ex iis pateat, omniae summo studio a nobis eviten-  
tur. Est peccatum aliud *voluntarium*, quod pleno ac determinato  
voluntatis consensu patatur; Vid. V. 8. 11. 12. 18. 20. & seqq.  
LIX. 3-8. 13. 14. 15. &c. aliud *non pure voluntarium*, quod, magis  
quam homo hic abripiatur quam velit, ex ignorantia vel infirmitate car-  
nis fit, quo spectant motus animi inordinati, in vitis quoque sapius ac  
regentis oborti, e querehis eorum prout colligi potest. Dicitur quo-  
que aliud *commissionis* peccatum, quando quis fecit, quod Deus o-  
mittendum esse præcepit: aliud *omissionis*, quo quis omisit, quod fa-  
ciendum esse Deus mandavit; Vid. V. 11. 12. coll. I. 16. LIX. 4. 13.  
14. 15. LXV. 11. 12. Deinde quoque aliud est, quod *directe in Deum*  
respicit, eum deserendo, blasphemis afficiendo, seque retror-  
sum ab eo abalienando, I. 4. coll. V. 18. 19. LVII. 4-11. LIX. 4-8.  
13-15. &c. aliud, quod *in nosmet ipsos* tendit, V. 11. 12. 20-22. ac  
aliud, quod *in proximum* recta fertur, V. 8. 23. coll. I. 21. 22. 23. a-  
liisve jam citatis. Porro aliud dicitur *cordis*, quod ejusdem motu  
oritur, ac foras non erumpit, aliud *operis*, opere externo quod patra-  
tur, ore &c. I. 4. V. 20. XXXII. 5-8. &c. Dein aliud est *per se pec-*  
*catum*, aliud *per accedens*, quoddam tale, per se malum cum non fit,  
quia nempe non ex puro corde procedit opus, nec in Dei gloriam;  
Vid. I. 11-15. LVIII. LXVI. 3. aliud *manifestum*, aliud *occultum* ra-  
tione hominum; Deum enim nil latet, consilia cordium cum sit  
manifestaturus; Vid. III. 9. 13. 14. 15. LIX. 1. 2. &c. aliud *clamans*,  
quod vel tacentibus hominibus vindictam a Deo expetit, iniquitatisve  
mensuram explet, III. 9. LVII. 3-11. aliud *non clamans*, longanimitate  
sua quod quasi connivendo Deus tolerat; exemplo poterit esse Jesaias,  
cui remissio obtigit peccatorum, VI. 5. &c. Denique aliud dicitur pec-  
catum *mortiferum*, quod non tantum mortem omnigenam natura sua  
meretur, omne siquidem peccatum morte dignum jure dicitur, sed a-  
ctu ipso mortem spirituales infert, vitæque æternæ, hæc in vita tolla-  
tur, hominem privat, e dictis prouti jam patet; aliud autem *veniale*,  
quod, natura licet mortem mereatur omnimodam, non tamen ad  
mortem



mortem imputatur, sed venia propter Christum, comite quem penitentia vera renatus, in quo solum illud locum habet, amplectitur, dignum æstimatur a Deo. Documentum in Ezechia habemus, qui elatione cordis Dei summam majestatem læserat omni bonorum affluentia gaudens, incolumis vixit tamen serio pœnitens XXXIX.

§. 4. Sunt peccatis peccata graviora, quanquam recte totius legis solutio quodvis dicatur; est quippe peccatum eo gravius, quo ulterius processit carnis a Deo secessio. Omnium autem gravissimum est *induratio*, de qua Deus Trinus Vati dicit VI, 9, 10. *Vade ac dic populo huic*, nempe Judaico, non solum in iis hominibus consistente, qui Jesaia tempore vivebant, sed maxime iis, qui tempore Messia mundo manifestandi victuri: *Audite*, quæ Verbum illud Domini illustre edit in evangelio terram repleturo, *sed fiet ne intelligatis*, ac quidem per malitiam vestram, etiamsi Dominus facturus est, quod suum est; *ac videte eadem*, *sed fiet ne cognoscatis*. *Impinguando enim se impingnavit*, stupet & torpet cor populi hujus, ac aures ejus aggravando se aggravarunt, obstaculoque adeo sunt, quo minus, id quod auditur, admittatur, sed malitiose repudietur; *oculive ejus obli-vendo se obleverunt*, videre nolunt manifesto quod vident, *ne videat is oculis suis auribusque suis audiat*, corque ipsius intelligat & convertatur ad me, ac medietur ei Deus. Vid. Gratius ad h. l. Imperativos tamen si esse hic malueris, non refragabor; oratione autem vehementi ac concitata imperativum pro indicativo poni, negari quoque non poterit, jam olim quod observavit *Castalvo* ad h. l. eodemque tum res recidet. Criminis indurationis causa nulla proinde ratione erit Deus, id ipsum acerbe quoque cum puniat l. c. 11. 12. quem tamen ejusdem, pena quatenus antegressæ iniquitatis est, non negamus autorem: iis nempe, morose gratiæ divinæ qui resistunt, eandem medicinalem subtrahendo, *spiritumve xelavi* *ceus*, immittendo, *oculosve eorum obfirmando*, *ebrii ut sint*, licet non vino, *vasillent*, licet non *inebriante potu*, e XXIX, 9—12. Ipse sane homo Spiritui Sancto malitiose resistens, cujus *servix nervus ferreus*, *fronsque ærea* e XLIIII, 4. indurationis suæ causa erit. Omnes proinde omni cura se ipsos omni die explorent, ne indurentur; quum curari nequeant indurati e Joh.

XII, 39. 40. sed omnimoda morte sint morituri, XXII, 14.

G 3

LOCUS

## LOCUS IX.

DE

VIRIBUS NATURÆ IN HOMINE  
RESIDUIS.

§. I.

Vires natu-  
ræ in mere  
spirituali-  
bus nullæ  
sunt.

**V**ires naturæ, intellectus nempe, voluntatis ac reliquarum hominis facultatum, in peccati statu, natura quo eum intime corruptum ac peccati servum cognovimus, ad mere spiritualia efficienda nullæ sunt. *Omnis enim caro, omneque ejus consilium & institutum, quantumcunque in speciem sit bonum, justum, sanctum, adeoque omnis & totus homo cum ratione & omnibus naturalibus donis, est gramen reseccandum, ac omnis gloria & pietas ejus, imo excellentia in quovis bono vel naturali vel morali, est instar floris agri, ac specie se solum commendat: exarescit gramen, decedit flos, quum Spiritus Domini illud perflat, marcorem inducens. Vere gramen ipse Dei populus est; Spiritus Christi verbo suo, quo peccati arguit mundum, illud perflat, quo pereat vixor, nec in judicio divino subsistere queat, e XL, 6. 7. 8. Vid. B. Luberi Enarrationes in Esaiam ad h. l. omnino. Idem qua ratione e LXIV, 3. concludatur, eleganter Paulus docet I. Cor. II, 7—10. qui collecturus omnia denique dicit 14. l. c. *Ἐν ἑαυτοῖς ἀνθρώπων ἔσθ' ἡ δόξα τοῦ θεοῦ καὶ τῆς σοφίας τοῦ θεοῦ μυστικὰ κρυφθέντα ἐν αὐτοῖς, ἃς ἡ δούλα τοῦ κυρίου, οὐκ ἔγνωκεν ἀνακαλύψαι.* Imprudentiam inde Israelitarum, quibus tamen propius se revelaverat Deus quam reliquis populis, cum naturali sagacitate brutorum componit Deus, ac magis brutos eos, qui a Deo recesserant, bove & asino esse, animalibus omnium stupidissimis ac inter Judæos notissimis, docet I. 3. *Novus, inquit enim ibidem, bos possessorem suum ac asinus præsepe Domini sui: Israel non agnoscit, populus non dat operam ut intelligat.* Ex his facile patet, omnem prudentiam humanam circa regni Dei & justitiam ejus questionem, a Propheta non majoris estimari, quam sagacitatem asini circa præsepe: ac hominem, qui caret cognitione Dei, inferiorem esse bestia, non tantum assimilari bestia, ad h. l. Coccejo notante. Spiritui enim Sancto etiam resistit homo operari bonum cupienti, LXV, 2. ac XXX, 8. 9—12. 15. 16. &c. *Hæc tamen, optime Luberus ait ad I, 3.**

20719

nemo nec credit nec audit, nisi qui ex Deo est: is enim agnoscit inspersionem & peccatum suum ac precatur veniam.

§. 2. Obedientiam quum tamen jure suo postulet ab homine Deus, aliunde, actiones ut mere spirituales producantur, vires provenire est necesse. Solius autem Dei est illas vires concedere; neque enim humana, sed divina potentia sit oportet, qua vivificemur ac diabolus & mortem vincamus. Ille est unice, qui operatur omne bonum, velle & perficere, in iis, qui Spiritui Sancto non ponunt obicem, intellectui, voluntati ac reliquis hominis facultatibus novas vires daturo: inde fideles res prosperas ecclesiæ memorantes XXVI, 12. seq. ajunt: *Omnia opera nostra, o Jehova, operatus es nobis ac per nos ipse; nihil facimus boni, nihilve efficitur in aliis, quod non, o Domine, paraveris nobis. Solum per te gratiamve tuam meminimus, o Jehova, nominis tui*, maxime utut alii nos opprimant. Operationi divinæ omnia tribuenda. Unde quando Deus imperat, ut Israël se lavent, purgent, bene facere discant &c. I, 16. 17. &c. male Pontificii vires liberi arbitrii in homine hinc colligunt; quum sint imperativi Evangelici.

§. 3. Vires interim naturæ, imaginis divinæ tenues reliquæ, in rebus naturalibus ac moralibus plurimum valent, libere ut homo agere possit & non agere, ac hoc & illud agere. Imo in ipsa quoque, uti vocatur, pædagogia in res spirituales ratione ordinis divini, ad Dei cultum, requirita, sed extra causarum salutis orbem spectata, vires naturæ concedi oportet, variis licet periculis easdem obnoxias negare nequeamus: viæ tamen nostræ Deo ut placeant, natura cum boni non simus, gratia divina esse contendamus.

## LOCUS X.

## DE

## GRATIA DEI.

## §. 1.

Impossibile quum esset peccatori propriis vicibus ulliusve creaturæ ope quandam excogitare rationem, qua cum Deo, cujus majestatem summam peccato læserat, in gratiam rediret, ac felicitate, qua lapsu primævo exciderat, restitueretur; sicque XLIX, 24. forti,

i. e. diabolo coll. I. Pet. V. 8. *præda non eripi, nec captivitas iusti, i. e. jure belli iuste qui habebat* *וְהָיָה כִּי יִשְׁבֹּעַ הַיָּהוָה אֶת יִשְׂרָאֵל* coll. Heb. II, 14. *tolli unquam potuisset; en divina allucet gratia miseris mortalibus, illustrioreque luce virtutes divinæ fulgent, violato fœdere operum ac spe vitæ omni excluso homine erecto novo gratiæ fœdere, omnino misericordiam ac misericordiæ divinæ mixtura quo panditur omnibus: vi hujus sine Deo, sine spe peccatores in mundo relinquere noluit Deus, sed viam potius, qua ipsis Deus fieri in Deum, novaque spes adipiscendæ salutis oboriri posset, ostendit, mediæque omnia ad salutem ducentia, in via a se revelata, promisit: omnino enim per Jehovam, Heroem Jacobi, captivitas fortis eripienda ac præda violenti illius Tyranni liberanda, filiique Sionis servandi erant e l. c. v. 25. seq. quippe qui datus est in fœdus populi, v. 8.*

Objctum.

§. 2. Omnes autem omnino & singuli, inque se perdit, omnes *finis terræ* i. e. ad extremos usque terminos omnes e XLV, 22. novo gratiæ fœdere salutem, qua violatione prioris fœderis caruere, obtinebunt, modo respexerint ad Messiam Mediatorem fœderis hujus, coll. XLIX, 6. ll. 4. 5. *Totus etenim mundus* *ὅρασις πάντων* *venienti est* *מִדְבָּר וְרֵבֵב* *desertum & solitudo: ubique regnavit ἀγνοσία ὁσιότητος & ἀπειθεία: ubique valles, montes, curva, salebrosa & inter se discrepantia inadequata: ei adeo non saltem in deserto Judæorum, Sione nempe, paranda via, sed etiam in orbe gentium, velut aque obscura solitudine, sternenda semina, e XL, 3. 4. docente Varenio; nam gloria Domini revelabitur, ac omnis caro coadunata videbit, quod Os Domini sit locutum ipsum, e 5. l. c. Omnium salutem omnino intendit Deus, ac ratione principii, medii ac consilii sui nil desiderari permittit, quod ad procurandam omnium salutem requiri possit, celebri illa de Vineâ Domini allegoria quod docetur V, 1—6. Vineâ enim Domini eminens, fulgore suo quæ toto radiet orbe, ac omnibus bonis abundans, *isthic quum tanquam in publico mundi Theatro χαρισματικῶς Spiritus Sancti effundenda, docente Coccejo, ibidem dicitur; omnibus iis, quæ requirebantur, ne viatores in eam facile incurrerent, eadem munita, ac elapidata quoque per legis concionem & Spiritus Sancti virtutem in mortificatione veteris hominis, optimisve vitibus confita renovatione novi hominis, atque perpetuæ inhabitationis divinæ monumentum ornata, Spiritusque Sancti auxilio in omnibus erat gavifura promissi-**

ονους

onum divinarum virtute. Illi Deus omnia dederat ac fecerat, quæ erant necessaria, fructus ut producerentur: ipsis ob id mortalibus, etiam impiis, iudicium permittit de actionibus suis, dicens: *Quid faciendum erat amplius vinea mea, quod non fecerim ei? cur me expectante vos producituram, labruscas produxit?* Intendit sane Deus cultura sua fructus, quum eos expectavit; nemo enim prudens, quos non intendit cultu, expectare ex eo potest fructus: exiti culpa interitus hominum Deum est necesse; ipsi enim homines interitus sui causa sunt ac in culpa, dum extensam & vocantem Dei manum videre, & vocem audire nolunt, adeoque malitiose resistunt, LXV, 2. 3. 4. 5. II. 12. &c.

§. 3. Obstupefacti magnalium divinæ bonitatis admiratione, Finis religiose Deum colamus, laudesque ejus, ac quidem eas, quæ ipsi debentur, pro omnibus, quæ contulit nobis, imo generi humano in universon, omni nisu annitatur canere, eLXIII, 7. Gratia enim etiam fit improbo, nec tamen unquam didicit justitiam; in ipsa terra correctionum nequiter ager: imo ipse non considerat Dei sublimitatem ac potentiam super omnes mortales, XXVI, 10.

## LOCUS XI.

DE

## CHRISTO.

§. I.

Omnis salutis nostræ fundamentum Messias; non enim aliter, Messias factus fundamēntum  
quam ejusdem sanguine, justificari nos posse, eLIII, 1. constat: igitur a nobis cognoscendus Messias est, ejusque adeo, qui Me-  
diator est, primum persona, quæque ad eam constituendam requi-  
runtur, consideranda; deinde ejusdem officium quoque mediatori-  
um distincte e verbo prophetico eruendum.

§. 2. Est Messias persona θεός, ἄνθρωπος, verus Deus ac verus persona est  
homo natura, jure vocandus aca fidelibus in ecclesia semper agno-  
scendus ac celebrandus Ἰησοῦς e VII, 14. coll. LXII, 4. Vere autem θεός, ἄνθρωπος.  
augustinum nomen est Immanuel, cujus expositionem Johannes I,  
14. traditurus: Ὁ λόγος, αὐτὸς ἐν ἐνέλω, καὶ ἐσκήνωσεν, (ad Schechi-  
nam alludens, Hebrais stylo Scripturæ Sacræ כְּבוֹד dictam, IV, 2.

H

LX. I.

LX. 1. 2.) ἐν ἡμῖν, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας; Paulus autem I. Tim. II, 16. ὁμολογούμενος μέγα ἴης εὐσεβείας μυστήριον *revelaturus*, θεός, dicit, ἐφανερώθη ἐν σαρτί &c. Verum ac æternum Deum esse Mediatorem nostrum perspicue innuitur nomine ἕξ *Deus fortis*; ac sane etiam Mediator nemo esse potuit, nisi verus Deus, e XLV, 25. coll. XLI, 14. XLIII, 11. ac LIX, 16. Verum tamen eundem, nobisque ἐμοισιν esse hominem, ex eo quoque novimus, quod *nobis sumus est Deus*, Verbum caro factum, Deus revelatus in carne; vere quemadmodum pueri carnis & sanguinis una cum anima rationali per generationem participes facti sunt, ille ipse quoque æterni Patris *germen* æternum, e IV, 2. similiter se ipsum participem fecit eorum, ex Heb. II, 14. assumendo in hypostasin suam naturam humanam, quam plurima quoque in Vate nostro arguunt. Vocatur enim expresse Messias ratione veræ & integræ humanitatis ac quidem secundum excellentiam יהוה II. ult. non enim quemvis, sed excellentiæ hominem I. c. notari, ex ipsius versiculi verbis ac antecedentibus patescit; ille enim, rebellionem ad iras a nemine amplius qui dicitur provocandus, est quoque יהוה ac Dominus exercituum, qui majestate coruscans, inque die iudicii eadem appariturus, rebellionem terror, abdita, quibus se abscondant, præformidine Jehovæ ac majestate erectionis ejus, quærentium; inde av. 5. ut docetur: de isto יהוה ארם dicitur Vatis יהוה ארם מן הארץ *desistite ab irritatione* (coll. II. Chron. XXXV, 21.) *filii hominis*, qui simul Dominus est: *ejus, qui armatus est patentiissimo jehova spiritu*, ac, ubi irascitur, majestate divina ipsemet eundem se exercere jubet; *nam quantum ille astimatus est?* permagni sane, Dei Filius æternus est. Vocatur idem ille Mediator etiam פרי הארץ *Palæstine fructus nobilissimus & excellentissimus, fructus uteri mulieris*, docente quoque Kimcho, IV, 2. זמר quoque, *virga e irruco Jesse exiens*, ac צרצר *sarculus tenuerrimus e radicibus ejusdem efflorescens XI, 1. filius nempe Davidis*; nam quum genus Jesse, patris Davidis, comparatur cum arbore, eique attribuantur radices, necesse est per virgam & sarculum intelligi filium Jesse, observante Coccejo. Optime proinde Chaldæi reddidit: ומשיחא סכני בנוהי *Filius enim Jesse h. l. Rex futurus docetur. Vid. LIII, 2. ubi dicitur itidem יונק tener sarculus, ac שרשר radix e solo arenoso idem. Vocatur quoque ילד puer nobis natus, ac quidem de semine Davidis, vi promissionum*

missionum divinarum Davidi factarum, quæ sapiuscule respiciuntur in verbo prophetico, ac IX, §. 6. a Vate nostro declarantur; natus est nobis puer ex muliere, cum non nisi ex muliere nasci possit homo. Filius a deo Dei non solum Messias, sed quoque virginis; virginis, inquam, nam propagatio generis humani ex copula viri & uxoris nihil est nisi propagatio reatus. Eni dicit proinde Vates VII, 14. *הבתה* virgo juvenula domi suæ latrans, non in conspectum virorum, nisi cum ratio flagitat, prodians, nec enim alio sensu unquam Scriptoribus Sacris est usurpata vox hic occurrens, lingua quoque Punica, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur, virginem notans, docente Hieronymo ad h. l. *pregnans est, quæ pariet בן filium*: nec enim minus a verbis quam scopo Prophetæ nostri divertunt, notari docentes puerum, qui communem cum ceteris mortalibus nascendi sortem habere, ac ex mutuo parentum complexu generari debuit. Res magna ac ordinem naturæ communem excedens, vere prodigium, ex summo & imo, liberationis ac perennitatis potestatis signum domui Davidicæ datur a Deo, egregie quod demonstravit celeberrimus *Wagenfeilius*, Fautor noster, studiorumque promotor omni observantiæ cultu prosequendus, in Confutatione carminis R. Lipmanni omnino hic legendus. *Signi usum res posterior re promissa prestare potest, optime docente Coccejo; vimirum quando vel fides posterioris certior est, & absque priori posterior, quæ in fide est, existere non potest: vel quando ad minuendam opinionem difficultatis in uno adjicitur promissio æque difficultis.* Vid XXXVII, 29. 30. Partus ergo virginis, licet post secula futurus, recte firmandi rem ponitur argumentum, obloquentur licet Judæi. Vocaretur quoque *filius prophetisse* idem Messias IIX, 3. 4. modo de uno eodemque puerō in duobus capitibus agi rite contendere posset, nec orationis contextus huic opinioni adversaretur, l. c. quod quoque docet Dn. D. *Wagenfeilius*. Vocatur tamen ratione originis humanæ naturæ *David* LV, 3. coll. 4. ipse Messias, qui est de familia Davidis, docente *Aben Esra* & *Kimchio* h. l. ac Act. XIII, 34. firmante Paulo: *radix Jesse* XI, 10. primogenitus nempe ex Isai familia ortus, ac fundamentum quasi totius familiæ Dei spiritualis, in qua etiam Patres, notante *Glassio* in Onomatologia Messia propheticæ: simul tamen is, a quo habet *Jesse*, quod creatus est, quod Filius Dei est, & pater ipsius Messia & omnium credentium cum Abrahamo, annuente *Coccejo*. Volunt eti-

am quidam Christum in voce *ἡ παρθενη* *ἡ σαρρα* denotari, adeoque *οὐ γεννητὴ κατὰ σάρκα* V, 1. nec inconcinne; sapiusculum enim Scripturam eo sensu usurpat. Vocetur ergo quum Messias nominibus hominem arguentibus, haud aliter quoque ac nos ex anima & corpore erit compositus; nam eo demum modo nobis esse similis, ac proximus, imo frater nostrus, e IIX, 18. coll. Heb. 11, 11—14. 16. Indicium rei hujus esse poterunt functiones humanæ, in Scripturis quæ Christo tribuuntur; nam lacte vel butyro, melleque vescitur in prima videlicet aetate, quilibet ut infans; eos siquidem primo melle deinde lacte nutritos fuisse, Veteres testantur; prout docuit Bocharius in Hierozoico: *sciet reprehendere malum ac eligere bonum puer*, dicitur in VII, 15. eas imo pœnas est subiturus, præter hominem quæ nulla potest subire creatura, locis prout declaratur plurimis. Vere tamen hominem fieri Mediatorem nostrum oportuit; nec enim *ἄνθρωπος* esse potuit Dei Filius sine satisfactione, quæ ferendo morbos nostros, patiendo & moriendo fieri debuit, ut ex toto LIII. Cap. liquet; nam *τὸ ἀπὸ γένεσιν ἐστὶν ἀθεράπευτον*, Veteres ut locuti sunt. Omnis tamen criminis purus est puer noster, a primo jam conceptionis momento, per omne quoque vitæ curriculum a peccati labe immunis perseverans, e LIII, 4—8. virtute enim divina e muliere quidem natus, sed virgine, rectitudine originali conspicuus, corporisve ac animæ dotibus excellens, e locis jam citatis prout clarum. Verus proinde Deus quum sit Mediator noster, quem eundem quoque oportebat esse; verus quum item sit homo, qui itidem esse ipse debebat; necesse est eundem Deum & hominem simul esse in unitate personæ. Est ergo *Immanuel, nobiscum Deus fortis*, revelatus in carne Deus; uno verbo: Verbum caro factum.

Unitate.

§. 2. In Christo igitur Mediatore naturæ, divinæ nempe & humana, occurrentes, in unum coalescere debuerunt *ἑνωθέντων*, maxime admirandum quod religionis nostræ est mysterium. In persona ana est *ὁ ἀθάνατος*; germen enim *Jehova*, Filius Dei generatione æterna ac Deus æternus, nobis datus, fructus quoque terræ excellentissimus, ac puer nobis natus est generatione in tempore facta, oculisve hominum conspicuus, e IV, 2. IX, 5. 6. XL, 5. 9. 10. &c. Vid. IIX, 18. XI, 1. 2. ac XLIX, 16. &c. Is, qui ab æterno extitit Deus, Jehovah cum Patre & Spiritu Sancto, participem se fecit naturæ humanæ, assumendo



sumendo in hypostasin suam, propria quæ ἡ φύσις, naturam humanam, quo divina ἡ οὐσία subsisteret, propria quæ carebat. Votis prioribus Israël germen hoc mirabile in Veteri Testamento jam erat, respici quorsum a Deo Optimo Maximo videtur plurimis XLV, 8. *Manate, dicitur ibi, caeli de supernis, ac summa arboris stulteni justitiam: Filius Dei descendat de caelo, ac appareat in terris, divitias caelestes omnibus pandens; se terra aperiat, ac fructum proferant in ea habitantes salutis, imo justitiam germinare faciat quovis simul: plena sit terra justitiae ac omnimodæ felicitatis, plena humoris quemadmodum esse solet caelo large pluente; ego Jehovahi creavi omne illud; in Novo enim Testamento tota quasi mundi machina renovanda: & tamen cum eo, qui justitiam affert e caelo, sunt litigantes v. 9, 10. l. c. Vid. Coccejus ac quoque Schmidius h. l. Vere proinde est ἡ ἰσχυρὴ mirabilis Mediator noster Messias, servus ille Domini ac electus, XLII, 1. prout Chaldaeo dicitur, Deusve qui se occultat, XLV, 15. miranda duarum naturarum in una ἡ ἕνωσις unionem, eamque consequente idioma- tum communicatione. Unio enim naturarum personalis ἀσυγχύσις, Unia. ἀτρεπίτως, ἀδιωσάτως, ἀδιαιρέτως ἡ ἀχωρίσις facta, Veteres uti de hoc mysterio loquuntur, non nisi communione hypostaseos fieri potuit: eam Hyposta- autem naturarum excipit communicatio ac intima περιχώρησις, qua seos, natu- natura humana Filii Dei quoque, ac divina filii hominis natura est, rarum, ac reveraque dicitur: ac quoque utriusque naturæ idiomatum com- idiomatum municationis in Christo Θεανθρώπων, quæ tribus potissimum modis in communi- Scriptura Sacra nobis proponitur, hincque resultantibus tribus catio. communicationis idiomatum generibus a Theologis docetur. Illorum primus est, quo sibi Deus vindicæ ea, quæ sunt hominis, ac homo ea, quæ sunt Dei idiomata: alterum autem, Majestatis communica- tio dici quod solet, est, quo vere divinæ perfectiones non modo per- sonæ denominatæ a natura humana, sed etiam humanæ naturæ da- tæ sunt ad Βελήσιον ejusdem, passionum carnis divinæ experte natu- ra: Ultimum vero in eo consistit, quod quævis natura operetur cum communicatione alterius, ac utraque, quod suum est, conferat ope- re officii mediatorii. Vere sane si hypostasis divina carni est commu- nicata, etiam natura & idiomata divina sunt carni communicata, ex eo quoque quod ostendi poterit, onus iræ divinæ, ita ut auferat, per- ferre, ei quæ ferendū par esse quod debuerit Mediator noster. Totā*

proinde Deitatis plenitudo in Christo *σωματικῶς* est habitans, non obscure quod Vates noster XI. 1. 2. seqq. arguit, nec enim laudes Ezechiae l. c. narrari, *Grotius* prout contendit, verba nimis magnifica loci hujus permittunt, plerique Hebraeorum etiam quod sentire de Messia totum caput accipientes. Dicitur autem de *virga et ramo Jesse egrediente ac surculo eradicibus ejus efflorescente*, i. e. *יֵשׁוּעַ* homine, quod requiescitur sit super ipso ac in eo, tanquam templo, perpetuo habitaturus *Spiritus Jehovæ*, ipsius quoque Messiae divinitatis, *Spiritus sapientiae ac prudentiae, Spiritus consilii ac fortitudinis, Spiritus cognitionis ac timoris Domini*. Spiritus autem ipse Jehovæ quum una cum donis ejusdem adesse dicitur Christi naturæ humanæ, inque eadem sine mensura requiescere infinitus, dona ejusdem infinita eidem communicata esse oportet, omnemque divinam excellentiam: imo quoque requiescentia ista non potest esse super eo, qui Deus non est, vel sine Deitate; cum solus Deus sit sine mensura, nec ulla creatura capax esse possit extra unionem personalem donorum immensorum, arguente h. l. *Schmidio*. Omnino tamen respectu ad officium Messiae tergeminum Christo omnia competere ex his, ac seqq. l. c. patescit. Eolicebit referre nobis quoque, docente eodem *Schmidio*, XI., 10. m. 1. Ecce, dicitur, *Dominus Jehovah Deus veniet in forti homine*, in assumpta natura humana divinæ omnipotentiae robore induta, potens ad salvandum Sionem, omnesque fideles, ac *brachium ipsius*, dextra Dei, in qua confidebit homo assumtus, *dominabitur pro se* &c. Vid. II, ult. IV, 2. IX, 5. 6. XLII, 1—4. XLIX, 1—4. 24—ult. LXIII, 1—6. *Spiritus sane Domini Jehovæ Dei est super Christo*, quatenus homo est, sine mensura, (nam secundum divinitatem Messiae est ab eo Spiritus Sanctus) vi unionis personalis: est super Christo ratione *ἁγιῶν* omnium donorum, per quæ sufficiens officio mediatorio, inde ab utero: ideo unxit eum *Jehovah* ratione *ἁγιῶν*, officii mediatorii demandatione, qua tamen suos habent gradus dona Spiritus super Christum existentis, c. LXI. docente itidem *Schmidio* laudato. In plenitudine temporis gaudium hinc Israël fuit maximum, prius quum fuisset Patribus certa consolatio, spesve unica salutis, notante *Coccejo* ad IX, 1—6. est etenim Patrum & posteriorum una fides, justitia ac salus.

Status  
Christi

§. 4. Offendere equidem multos posset humilis ipsius Messiae status,

status, quo minus, magna & splendida de Messia dicta cum eisdem humilitate consistere posse, credat. Verum, modo temporum quisquam intervalla recte distinxerit, duplicem Messiam statum, ex nationis alterum ac alterum exaltationis observando, inter se omnia de Messia oracula optime conciliari posse, nunquam negabit. Sponte sua quoque ita concidet illud de duplici Messia commentum Hebræorum, quorum unus Josephi, qui mala multa, ipsamque mortem pateretur, alter Davidis filius, cui cuncta in regno Davidis Patris sui prospere succederent. Verbo sane prophetico multo congruentius, unum agnoscere Messiam, de quo humilia pariter ac sublimia dicantur, quique per ærumnas & mortem ad regnum sit perventurus, e LII, 13-15, & LIII. tot. Verba vero Jesaïæ de Messia ad literam agere, uno ore Judæorum antiquiores sapientioresque fatentur, ipse quod *Abarbenel* inficiari nequit, incongrue licet explicationes allegoricas esse malit Veterum interpretationes, docuit quod Venerandus Dominus Præses in Theol. Judaica Loco de Messia §. 10. Veterum certe fidem ex h. l. de Messia egregie, ac aperto ore exposuit Philippus, a periocha nostræ exorsus quum Jesum Nazarenum Messiam demonstravit Æthiopi, Vatis nostri verba animo volventi. Vid. Act. IIX, 26-35. Optime unde *Grotius* de veritate religionis Christianæ Lib. V. §. 19. humilem Jesu statum ac mortem e factis literis probaturus, illustrem locum Jesaïæ nostri producit, ajens: *Quis potest nominari, aut regum, aut prophetarum, in quem hæc congruat? Nemo sane. Quod autem recentiores Judæi commemori sum, agi hic de ipso populo Hebræo disperso in omnes gentes, ut suo exemplo ac sermone multos profelytos faceret: is sensus primum plurimis sacrarum literarum testimonis repugnat: de inde ipsa prophetica orationis series eam non fert interpretationem.* Ipse ad hæc modo *Grotius* animum attendisset in Notis ad Vatem nostrum, Jeremiam quoad literam respici a nostro, olim quod *Saadias*, a suis rejectus, quoque maluit, non docuisset: in Christum tamen potius ac sublimius, sæpe & *κατά λέξιν*, magis quædam, dixerim omnia, congruere, quam illum, diffiteri non valet. *Ma-* exinaniti-  
*jestatis* sane divinæ, quam vi unionis personalis natura humana pos- tionis,  
*sidebat*, usu plenario ac incessante abstinuit, formamque servassum-  
*fit* aliquandiu voluntarie Christus, justitiæ divinæ ad obediendum,  
*serviendum, imo moriendum.* Inde dicitur servus Dei LII, 13. ac

XLII.

XLII, 1. e coll. Matth. XII, 17—21. ac orationis serie totius ad v. 8 usque Messiam arguente. Dicitur autem; *En! servus meus; in-curbo ei amore eum complectens*, in profundæ *κρησσεως* statu eundem sustentaturus ad usque mortem crucis; *electus meus ac dilectus, complacuit anima mee*, nec eundem potest non blandissime accipere. Unctus est officium ad mediatorium. Vid. XLIII, 10. XLIX, 3. ac XLIII, 24. &c. Messia autem ad exinanitionis statum pertinent e-jusdem *ναρρωτας*, qua e *trunco fesse ramis* jam *deserturo*, imo e *radicibus ejus effloruit* XI, 1. a virgine quidem illibata & intacta utero conceptus, inque lucem editus puerulus, verum in infirmitatibus natura, VII, 14. IX, 5. 6. sine tamen peccato: *educatio* quoque a matre tenuis sortis, *vitave* omnis molestiarum plenissima VII, 15, ac IIX, 18. XLIX, 1. 2. *Vere ascendit* ille ac surrexit, *tanquam tener succulus coram illo populo Israël's aspectante Deo*, *humilis tanquam res & radix e solo arenoso: non est ei forma*, nude enim si aspexerimus, *pulcra, nec decor ullus*: imo *quum aspiceremus eum, non tunc erat ei vultus*, qui nos in amorem ejus rapere posset, ac *tamen eum amplecteremur*, e LIII, 2. Vita enim omnis Messia respicitur, omniumque maxime *passio* e-jusdem accerbissima, anima & corpore quam subiit perferendo ipse loco nostro, l. c. v. 8. clarius quæ docetur, dum dicitur *con-rentui* *expositus*, ac *ab hominibus rejectus* instar nihili, *vir non vir; vir dolorum & infirmitate notus*, e vulneribus nempe, plagis, aliisque cruciatibus, morboque familiaris; *imo rei instar testa facie aver-san-de* *pra nobis*, omnique adeo etiam auxilio destitutus, ipso quoque *divino*; *despicatur* tanto, *nullo ut pretio eum habuerimus*; *sceleratis an-numeratus*, interque facinorosos supplicia laturus, *ev*, 12. c. c. coll. 4. 5. 6. 7. 8. *Vere corrupta* *ita forma ejus pra viri forma*, ac *species e-jus pra filiorum hominis specie deterrima*, *merito ut obstupuerint* proinde *multi de Messia* LII, 14. Omnia vero hæc nostra causa, nostraque loco Messia evenerunt mala: *vere servitutis instar durissima* homini eam fervienti ei fuerunt peccata nostra e XLIII, 24. ac L, 5. 6. *Ators* ipsi signominiosissima ac *dirissima* ob morbos nostros fuit *subeunda*, qua creptus dicitur *e terra viventium*, loco, in quo nos vivimus, instar ramorum arboris, excisi qui repullulant, ac excinduntur, ut repul-lulent, vi *illata excisus*, quo de morte triumpharet *vita restitutus*, *ev*, 8. *Is profudit in marem animam suam* volens, ac, prout *Varenus* arguit,

arguit, ne expectato quidem temporis puncto, quod per vim dolorum animam erat soluturam; corpore evacuatam effudit, verissime sic eum mortuum esse ut constaret, e v. ult. *Victimam pro peccato se posuit anima ejus, sanguine sine fuso fieri quod non poterat in typo, nec sine separatione animæ, quæ pro sanguine datur, a corpore, in antitypo, v. 10. Stabilire autem quoque mortis Messias veritatem optime poterit ejusdem sepultura; nisi enim re vera mortuus, non sepultus esset; ipse autem etiam statui cum impiis sepulcrum suum, eique improbos posuit milites custodes; at cum dicitur ברתו monumentum suum sepulcrum, vir sine dolo, v. 9. odioque solum nationis Judæorum plus quam simplice morte interfectus. Labore vero animæ ita exaltatio-  
 exantlato, Messias majestatis divinæ plenario ac incessante usu, radios suis, cujus tamen nonnunquam in exinanitionis statu sparserat, est potitus, omniaque regno suo vidit subdita ac saturatus est, πᾶν πληρωμα τῆς θεότητος maxime luculento fulgore in eo quum resplenderet, seque exeret, LIII, 11. Ipse ille servus Domini enim effereitur, elevabitur & exaltabitur valde, e LII, 13, ac prospere, sapiensque aget in omni statu: Veteribus inde dictum Hebræis de Messia: ירום מאברהם יושא ממשה וגבה ממלאכי השמים Effereitur præ Abrahamo, elevabitur præ Mose ac excelsior erit ipsis angelis ministrantibus, docente Abarbente. E coarctatione autem, statuque carceris, eque condemnationis judicio, e judicio, inquam, coarctante, quo nempe angustia summæ, doloresve, etiam infernales, animum ejus occuparunt, dum sumus est Christus, ζωοποιουδελς τῶ πνεύματι, majestatis divinæ gloria illustri modo præbuit se conspiciendum τοῖς ἐκ φυλακῆ πνεύματος, victor omnis inferiorum potestatis, ac de illis triumphum agens, LIII, S. coll. I. Pet. III, 18—20. *Vide autem ejusdem durationem quis digne eloqui poterit? Sempiterna erit ei. Videbit semen, discipulos nempe plurimos, vitamque aget durablem, e v. 10. c. c. elevabitur super omnes cælos, LII, 13. in medio quoque hostium regnaturus, omniaque in commodum ecclesie gubernaturus, ad dextram Patris sedens gloria quasi unigeniti a Patre omnipræsens ac æternus, LIII, 12. ac XLV, 23—fin. coll. Phil. II, 9—11. Christi tamen hac fessio in cælo ad dextram Patris omnibus esse poterit manifesta, qui attenderint, eum stare in signum ac vexillum populorum cum majestate & gloria XI, 10. Oculi tui cum lætitia proinde videbunt, piis**

XXXIII, 17. dicitur, *regem in decore suo*, in folio Majestatis suæ sedentem, forma Dei, eumque quidem, olim qui forma servi apparuerat; *videbunt terram remotam*, cœlestem nempe Hierosolymanam vere Christiani.

Officium  
Messiæ

§. 5. Officium Messiæ mediatorium, cujus omnes rite quo expleret partes, Immanuel esse debuit, paulo accuratius nunc ut pensitemus, instituti requirit ratio. Ipsum vero Messiæ nomen, Unctum quod notare constat, officium ejus tergeminum, propheticum nempe, sacerdotale & regium, innuit. *Unctus enim præ omnibus est a sebova*: non solum in æterno Trinitatis consilio destinatus, verum etiam omni donorum Spiritus Sancti imo totius Deitatis plenitudine in tempore instructus & ditatus, generis humani redemptor; id ut exequeretur munus, in se quod olim jam susceperat, LXI, 1. seqq. ac XLII, 1. seqq. coll. XI, 1. 2. seqq. XLIX, 1. seqq. Vates sane diviniæque voluntatis interpret est Messias, omnibus autem excellentior vatibus, eo, quod non nisi ex ejus Spiritu quicquam ii sapuerunt: veterum quoque Judæorum dictorio modo notato quod poterit constare, quo ipso Mose, prophetatum alias principe, elatior dicitur Messias. Veram is salutis rationem nobis, dubitationibus incerti qui palabamur omnes, non solum patefecit, verum etiam, ne quis iter difficultatis ergo horreret, omnes in viam salutis, ambulandum qua iis, qui salvi esse voluerint, deducere laborat, e XLIX, 17. Ipse id docere poterit Messias LXI, 1. seqq. ajens: *Unxit me Dominus, letum ut nuntium diu expectatum portem pauperibus animo ac mansuetis: misit me ut obligarem verbo Evangelii corde contritos, illorumve dolorem mitigarem ac ipsos sanarem, boni quod chirurgi munus requirit; ut proclamarem iis, qui in imperio mortis captivi tenebantur, libertatem, vinctis lori apertionem, ac visum acutum. Imo ut predicarem ac promulgarem annum beneplaciti, propitiis quo Dominus humano generi peccato condemnato, diem autem ultionis, quo omnibus Christo non obedientibus iram ostendet Deus noster; ut consolarem omnes lugentes imminutam ob Dei gloriam: ut ponerem lugentibus in Sion maxima ornamenta, jure quo vocarentur arbores justitiæ, firmi in justitiæ velut actis radicibus, plume Domini, divitiis gratiæ diviniæ refulgentes. En jam doctrinam Messiæ! est ea non tantum lex, verum imprimis quoque evangelium, omnium suavissimis ac uberrimis consolatior.*

solationibus piorum animos demulcens. Vere proinde mysterium hoc a seculis absconditum dicitur **מִשְׁפַּט** *judicium*, verum nempe, sanctum, Deoque dignum; Vera uno verbo justitia, omni seposita severitate gentibus proponenda: maxima bonitate, mirandave sapientia omnium prophetarum Domini merito quilibet ut obtufofcatur, modo in *victoriam judicium illud Dei incredibilis ferme veritatis demonstratione ad conscientiam exire, legemque & doctrinam Messiae cupide arripit, inter gentes omni terrarum orbe sparsas videre voluerit*, XLII, 1-4. Messiae autem **תּוֹרָה** *lex ac doctrina* a monte Sionis prodiens, novoque foederi annexa l. 1, 2-4. coll. XLII, 6. LIV, 7-10. longe distat a Moisaica veteri foederi juncta, eque monte Sinai prodeunte; plane nempe evangelica, omniumque perfectissima, *Jonathani unde אֲרַבְנָתָא דְּתוֹרָה* *doctrina nova est ad XII, 3. Jesaia. Lex Messiae enim non dicere: Qui fecerit illa, vivet in illis, sed, respicite ad me & salvamini omnes terrae fines: ego Deus, e XLV, 22. dicente Coccejo. Vid. XL, 1, 2, 5, 9, 10. ac XLII, 7. XLIX, 2. 8. 9. 10. LXVI, 10. 11. 12. & XXXV, 4. seqq. Ipse quoque Messias **דְּבַר** *verbum* nationum est, verbum habens antea non auditum, idque eloquens, ac **מִצְוָה** *praeceptor gentium*, legem fidei suis iure dominii imponens, LV, 4. ac juxta plurimos quoque dicitur, ne quidem refragantibus quibusdam Hebraeorum apud R. *Salomonem*, in XLI, 27. **מְבַשֵּׂר** *evangelizans*, omnia nempe, quae communem salutem respiciunt, edisserens, coll. LII, 7. *Dedit ei enim Dominus Deus לְשׁוֹן לְמַרְיָם *summa eruditionis & expedita facundia linguam, linguam, Lutheri, discipulatam, quae nihil loquitur, nisi quod a Deo didicit, ut loqui opportune cum fesso novit sermones: de de in diem excuavit ei aures ut audientiam praebeat verbis illis, quae discipulis facere doctores solent, L, 4. Is **דְּבַר דְּי** *verba Domini est preferens, e LII, 6. justitiam loquens fidei ac indicans recta & aqua, Deoque grata, XLV, 19. sibi que. Olim tamen in Veteri Testamento evangelii doctrinam fuisse nullam, male e jam dictis revelavit ac promulgavit, temporumve sequentium serie suo aeterno revelavit ac promulgavit, temporumve sequentium serie perpetua quasi אֲבוֹתֵינוּ* *antiquis evangelium tradidit, vatis involucris & umbris involutum, Filius Dei aeternus; illis tamen remotis in Novo Testamento luculentius illud emicuisse oportere, cuius patet factet e XLV, 17. 19. 22. ult. XLIX, 16. &c. Solicite itaque verbum Messiae, ut pretiosissimum thesaurum, custodiamus, Deique voluntatem****

voluntatem ex eodem non incuriose scrutemur, quo ad eam omnem vitam componamus, in Dei gloriam, omnes: est etenim Messias non solum *sedes populi Israël*, sed quoque *lux gentium*, *salus Domini ad extremitates usque terra*, XLII, 6. XLIX, 3—12. coll. IX, 1—6. &c. Ille est *lapis Sion in fundamentum positus a Domino*, *rupes salutis*: *lapis probationis*, quo cogitationes cordium patefiant; *lapis quoque angularis maximi pretii* & *isus fundamenti fundati*, quo omne continetur ædificium, cuique domus parietes maxime innituntur, ipso *R. Salomone* ac *Targumista Jonathane* quoque docente, XXII, 16. coll. IIX, sacerdotale, 13—16. Verus etiam ac maxime insignis, omnes nempe antiquos sacerdotes immensum antecellens, Sacerdos est Messias: muneris enim sacerdotalis modo functiones generatim quæ in patrocinio hominum apud Deum consistunt, expendimus, omnes muneris illius functionum partes eum exacte implevisse, luce clarius deprehendemus omnes. *Mente enim quum circumspexerat Iehovah*, qua ratione salvaret mortales peccato corruptos, quos, eo quod non esset iudicium inter eos, perdere, iustitia tamen divina quod requirere videbatur, *nolebat*, misericordia erga miseros intima motus, *neminem inter mortales vidit*, cuius tanta apud Deum gratia esset & autoritas, clientes suos cum effectu Deo ut commendare posset; Deumque iis propitium reddere valeret, neminem quoque, cuius tanta erga homines bonitas, sedulo ista perpetuo præstare ut vellet, *obstupuit* plane animo indignabundus: *vindicavit vero gloriam suam* ab hostibus eam diminuentibus, eamque mundo manifestavit illam non agnoscente per revelationem salutis, generi humano quam præstitit summe perfectus ac proprie dictus noster Sacerdos, c. LIX, 15. 16. Speciatim autem tria ad sacerdotalis muneris functionem pertinere dicuntur; offerre nempe pro peccatis sacrificium, intercedere pro populo, ac benedicere populo: nihil in omnibus tamen est, quod non modo summe perfecto præsterit Christus. Obtulit nostro non solum bono sed etiam loco Deo inculpatum semetipsum, *ωποσφορὰν ἕβραίων* Messias, eas subeundo, tam anima quam corpore, passiones, meriti quas eramus omnes, ac pro peccatis, eorumque pœnis sibi a Patre impositis plenissime satisfaciendo, vere quoque ut expiaverit. Ideo enim, inquit de Messia Pater LIII. ult. *dabo ei partem eximiam in multis*, ac *eum robustis dividet spolia*: eo quod *effudit ad mortem animam suam* & *sceleratis*



*sceleratis annumeratus est, pessimeque tractatus; quomodo nempe scelerati solent: ipse quoque peccatum multorum tulit, pœnasque peccatorum luit. Ferre enim peccata nihil aliud esse nisi ea auferre ac delere, Socini sectatores nunquam probabunt: ille etenim, qui tanquam nocens tractatus est, peccata quum ferre dicitur, non nisi pœnas luere peccatorum judicatur: jam vero Messias nocentis instar tractatus dicitur a Judæis non solum, verum etiam a DEO, consilio nempe & voluntate ejusdem, adeoque etiam peccatorum pœnas luisse censendus, ac quidem ita, tota quod oratio docet, iis ut maxime fuerit gravatus & oppressus. Ipsi sane Dominus inflixit pœnam, quæ nostris criminibus debebatur, והפגוע בו את עון כלנו *in eum ut incurras omnium nostrum iniquitas fecit Jehovah, omne quod peccati ejusve pœnæ rationem habet Messias imposuit, eo consentiente, liberrimoque voluntatis suæ arbitrio omnia in se suscipiente, ac iuste omnia exegit nostrum loco, e. v. 6. l. c. Vere infirmitates nostras, inquit hinc Vates, populi universi induens personam, mala animæ corporisque omnia, peccatis quæ ערמונו *infirmi in infirmitate omnibus notus ac plagæ peccatorum nostrorum familiaris אשנו *humeris quasi tulit, doloresque nostros, nobis debitos exquisitissimos כבלי bajulavit, sursum in crucem tulit, deinde ut auferrentur a nobis v. 4. l. c. Impleta proinde Vatis nostri ista verba quum dicit Matthæus II. 16. 17. eo tempore, quo ægrotis corporis sanitatem reddidit Salvator noster, noluit ipsum totum exhaurire locum, sed potius ostendere maluit, eum omne id tulisse, quod pœnæ rationem in nobis habet. Eo Graivus quoque ad illa Evangelistæ verba forte tendit dicens: Sicut veterum res gesta rerum Christi figuram habuerunt; ita & ipsius Christi actiones aliæ aliis denotandis inseruerunt: nam beneficium corporibus reddita sanitatis quin figuram remissionis peccatorum & sanatarum mentium tulerit, dubitari non potest. Bis ergo impletum est vaticinium: primo, eum Christus semet defatigans ad vestram inique aliorum malis levandis vacavit, ut ostendit Azaubæus: posterius, cum crucis supplicium perferens remissionem peccatorum nobis impetravit, ut I. Epist. II, 24. docet Petrus. Vates sane illud ipsum quoque docet, quum ait l. c. nos tamen illum, pro humanæ rationis ingenio iudicio nimis præcipientes, habuimus tanquam de cælo latum propter sua ipsius peccata, impurum leprosi instar, vel leprosum.****

profum. ננוו. Ebrais prout notare negari non potest; orta hinc quoque inter Judæos traditio Messiam inter leprosos morari; *percutsum a Deo*, non autem percutsum Deum, Veteres h. l. quomodo verterunt מכרר  
 מכה אל הים eaque interpretatione ad Christianismum multos convertendos duxerunt. locutioni Iesaiæ quum repugnet: *imo quog. graviter depressum ac humiliatum*. Verum intimius modo rem perspiciamus, poenam eum vicariam pro nobis luere, minime quemquam dubitaturum arbitror. Dicit enim mox Vates: מרסענו מרסענו הוא מרסענו לך *Ipse vulneratus est propter pravationes nostras*, מרסענו מרסענו *contritus propter crimina nostra*, in iis adeo ut Christi perpeffionum meritoria causa existerit. Imo מוור עליו שלוננו עליו *castigatio pacis nostra super ipsum est*, poena quæ nobis salutem pareret ac immunitatem, quæve ira Dei adversus peccatum ostenderetur, a peccatis quo retraheremur, ipsi est imposita, ac *tumice & livore ejus nobis est remedium*: ejus livores nobis sunt emplastrum, e v. 5. l. c. Iniquitas omnium ab ipso est exalta, in ipsum quantum conjecit, postulat est solutio iniquitatum a Deo judice & vindice omnium, ac inde ipse gravissime est afflictus; nec tamen aperuit os suum: parva sicut pecus ad maellationem ducebatur ac velut ovis coram tonsoribus suis obmutescerebat: *vocem sane non emisit*, omnemque maledictionem, quæ hominibus propter peccatum incumberebat, sponte in se suscipit, ac corpore luit: *ob populi quoque Dei pravationem* נגע לסע *plaga ei*, Mellis nempe est l. c. v. 7. & 8. significacione ac numero enim לסע est commune, singulare & plurale, adeoque etiam idem quod לו docente Kimchio ad XLIV, 15. Vatis nostri. Vid. quoque Semi ac Japheti benedictio in Mose. Victimam plane piacularem, toto, in quo versamur, vaticinio proponit Vates, illamque, quæ fiebat sanguine victimæ fuso, satisfactionem in Veteri Testamento manifesto respicit, de sacrificio Christi sacrificiorum Judæorum summe perfectæ antitypo, vim utpote majorem habente, atque quæ typorum suorum exitit, verba ferens. Victimarum autem Veteris Testamenti, quæ pro sacrificii Christi typis omnes aliquo modo haberi possunt, vis ac ratio propria quemadmodum in eo erat, quod ad veniam fonti impetrandam peccata ferre, poenamque vicariam pati fuerint censenda, eadem quoque vis ac ratio Christo, victimæ prout piaculari vere ac proprie dictæ, minime omnium neganda, imprimis, quum, quo clarius victima Christum adumbrabat, eo clarior

clarior emineret ratio peccati offerentis ad se translati, docente  
 fulius *Outramo* de Sacrificiis. Victima ergo loco fontis ipsius datus  
 est Messias, ac *לשגור אלו* positus; hujusque demum virtu-  
 te remisso peccatorum omnibus est impetrata. Vates noster I. c. v.  
 10. quod docet: *Si posuerit se*, ait, *anima ejus*, Messia nempè,  
 ושא *victimam pro peccato*, pretium satisfactionis ופיק לזן פסוהוואו,  
 morte corporis moriturus, *videbit posteritatem ac vitam durabilem a-*  
*get*, regno aeterno regnaturus: omnia, Deo quae sunt placita, ea ra-  
 tione feliciter in manu ejus curabuntur. Ille est nobis כפרר & כפר  
 peccatorum expiatio. Improprie equidem aliquando כפרר & לשגור,  
 uti & dari pro aliquo dicitur vita, nihil quo tamen ecclesiae acquiri  
 dici potest, prout XLIII, 3. 4. docere potest; proprie tamen quid  
 sit כפרר & לשגור, quaeve ejus natura, venire nempè in locum alte-  
 rius ad ferendam poenam, quo is, pro quo venit, liberaretur, innuit. Im-  
 proprie enim ibi dicitur, sibi unjustus in poenam deditur, ut justus ab af-  
 flictionibus & persecutionibus ipsius liberentur; proprie vero, sibi לשגור sit  
 justus pro injustis, sanctificans justificavorem impii & legis maledictionem  
 in benedictionem ejusdem convertens, docente Coccejo. Omnem  
 quoque justitiam lege praescriptam implevit, a nobis alias quod requi-  
 rebatur, creaturatum autem nulla unquam erat praestitura, Media-  
 tor noster, nihil ut reliqui esset, quo minus Mediatoris manus se-  
 dulo curasse diceretur: implevit, inquam, bono non duntaxat, ve-  
 rum etiam loco nostro, immunes quo essemus non solum a poena,  
 verum quoque jus ad vitam aeternam haberemus. Ita enim Messias  
 perfectissime pro nobis satisfecisse omnibus ducitur. Ipse vero de  
 se id docet verbis maxime perspicuis, clarum sui cunctorum oculis  
 lumen ut infundant, L, 5. ajens: Dominus, Jehovah Deus aperuit  
 mihi aurem, voluntatem Dei ut perficerem, nec ego rebellavi; sed  
 potius obedientiam praestiti, cunctis imputari quae poterit: retror-  
 sum non recessi; libere ex quo satisfactionem spondendo in me sus-  
 cepi, omnem obii servitutem. Vid. XLIX, 8. Ita jugum oneris  
 gravissimi, peccati nempè, onus quod cui libet est nondum expia-  
 tum, reatum omnem depulit, virgam humeris imminentem, mor-  
 tem puta aeternam, ipsumque diabolum ופאלס יס האולס habentem,  
 virgamque exactoris, onus nempè legis satisfactionem exigentis ac  
 peccatorem juste peccato tyrannidem in omnes exercenti mancipan-  
 tis,

united

tis, ejusque condemnationem urgentis penitus *confregit ac comminuit*: ipse factus *κατάρα* servitutem infernalem tregit, & in orbe terrarum omnibus intimari jussit evangelii præconio mirandam illam planeque singularem liberationem. *Omnis enim pugna bellanum solet esse magno cum strepitu, omneque vestimentum obvolutum plerumque sanguine; erit veia combustionem ignis pabulum*: Christi quoque virtute omnis hostium spiritualium turba perturbabitur, ac plane delebitur ejus sanguine, nulla ut flamma adeo celeriter occidere illam potuisset: est quippe *principatus & imperium in humero ejus*; oneris instat omnes regni cives portat eminentissimo modo, omni potestate aliena in populo Dei abrogata, e IX, 3—6. Illud quoque respicere videtur plurimis colloquium percelebre Messiae cum Vate nostro, vel Novi Testamenti ecclesia, quo ipse non solum hostium suorum, diaboli nempe, mortis, inferni & peccati, plenariam ipsi qui moliebantur deletionem, vi&orem, verum etiam de quibusvis adversariis suis & ecclesiae ad finem usque seculi tropæum ferentem, ecclesiamque suam asserentem, imo totam aliquando hostium catervam plenaria excisione deleturum, semetipsum proponit, oculisve spectatorum exhibet ac auribus audientium & interrogantium exponit, prout ait *Dn. Glassius* in pia & orthodoxa colloquii ejus explanatione; LXIII, 1—6. Sermonem vero de Messia esse, ex ipsa loquendi forma Vaisii, ac parallelismo Novi Testamenti Apoc. XIX. 11—15. patescit: ipsi sane Judæi, opinione quidem de corporali adhuc per Messiam futura liberatione fascinati, hic aliquid tamen subesse, quod liberationi & captivitate babilonica ac similibus non congruat, non ignorarunt, adeoque ad Messiae tempora retulerunt omnia apud *Aben Efram & Kimchium*, de Juda Maccabæone quidem somniantes, *Grotio* quod hic tamen perplacuit. Vere dicitur Messias vestibus cruentus, at quoque venerandus, nemo ut debuerit illum negligere ac non admirari, in multitudine roboris quum officium sedulo peregerit semper; ille *מַדְבֵּר בְּצִדְקָתוֹ is, qui loquitur in justitia*, ipse justitiam habens ac jus filiorum adducens, optime quum norit, quomodo genus humanum salvari & ab hostibus incolume debeat asseri; *רַב לְרוּחֵי רַב מַגְנִיּוּם & multus*, abunde vires & meritum habens, *salutem ut præbet perfectam* omnibus ad eum confugientibus. Vere omne genus perpeffiones tam in anima quam corpore obivit, Patrique obediens

bediens fuit ad mortem, mortem autem crucis, fratrum suorum salutem propria virtute quo promovere posset, omnis impietas aboleretur, hostes conculcarentur, ac novum cælum & nova terra fieret, in quibus justitia habitat. Veram certe nos ἀπὸ πληρώσεως non nisi Deo placato in Messia habemus. Is legi divinæ obtemperans, ac ad contemnendam animam promptus, cuius contemptus, genti abominabilis, servus dominorum, e XLIX, 7. Deo servit. LII, 13. ac vere ἕκτα ἐπιλήθως & ἀγχιεὺς, proximus noster jure propinquitatis sibi omnes vindicavit, atque a defectione & prævaricationibus revertentibus salutem imperiit, LIX, 20. ipse Salus Dei ac hominum, a Deo constitutus omnium Salvator, LII, 9. 10. LXII, 11. 12. Vid. XLIX, 3—6. XLII. &c. Vere, ipse proinde ait, servare me fecisti in peccatis tuis, defuigasti me in iniquitatibus tuis; misericordia volens uti erga te, o homo, laborem animæ, Israël quem nunquam tulit, impendere debui, peccata & pravitates quo abolerentur, XLIII, 24. coll. L, 6. 7. 8. Ipsa sane natura Dei satisfactionem jam exigebat, peccatum quum impunitum dimittere virtutem Dei, ejusque gloriam obsecurare non incongrue ducatur, Deique adeo, virtutes suas abnegare qui nequit, opus illud esse non possit; nec quoque non cogitatu sit horrendum, adeo terribilem in atrocissima Messia morte Deum se præbere voluisse sine omni necessitate. Nemo autem nisi Messias illi reconciliationis negotio par: is solus ex omnibus id efficere potuit, solus ex omnibus quoque debuit. *Illum ergo Jehova visum est conteri illum voluit vehementer premi, doloribusque affici Dominus, quum tamen nemini fecisset injuriam, neque in ore ejus unquam fuisse deprehensus dolus; quo λόγον, pro peccatis nostris quod debebatur, solveret, jusque in omnes haberet, LIII, 9. 10. Ille est servus Dei justus, ab omni crimine ipsi impacto innocens, perfecta que obedientia Patrem suum honorans, e v. 11. l. c. omnium bono & loco. Violatores enim divinæ majestatis, omnia cui subesse oportet, peccato omnes omnino sunt, adque pœnam vicariam adeo quoque obligantur omnigenæ mortis rei, ovium instar parvæque pecudis sine pastore huc ac illuc errantes: omnium autem Messias sustinuit personam, proque omnibus adeo quoque spondit ac satisfecit, cum Deo ut reconciliari possint, e LIII, 6. coll. 4. 5. 8. Omnes porro ut servantur, Patris quum sit voluntas, omnium quoque, vere multitudine,*

K

expit

expiet peccata, oportet 11. 12. l. c. Non tamen omnes, salutem quibus Christus acquisivit, ejusdem quoque participes sunt: ex eo quod patet, quum queritur super hoc Messias, frustra se quod laborasse, nequicquam & incassum vires suas se consumsisse videri possit in natione Judæorum, parum quod convenire æstimetur cum eo, quod dixerit olim Pater: Tu servus meus es, Israël, per quem gloriam assequar coram mundo. Verum mox tamen se erigit e perturbatione sua ipsemet: Vere jus meum penes Jehovam, ac opera precium, merces mea ex pacto, penes Deum meum: Is largitur ei etiam reliquas nationes, non tantum ut servo ad excitandum tribus Jacob, ac ad redacendum custoditos Israëlitis, sed dato quoque in lucens gentium, ut sit salus Dei ad extremitates terra, XLIX, 3—6. coll. 7. l. c. & XL, 10. Postquam autem obtulit se Messias victimam pro peccatis coram Deo in cælo, vultui Dei pro nobis dicitur apparere semper, precesque pronobis offerre. Inde enim dicitur: Imo pro prævaricatoribus יְבִיחַ intercessit cum autoritate, ceteris omnibus præter Dei filium indecora quæ foret; oratione misericordiam implorat, redire quo possint ad Deum, LIII. ult. Ipse Misericors omnium, maximè autem piorum e XLIX, 10. Omnem iis quoque benedictionem impertit, ac perpetuam nullive seculis terminandam donat beatitudinem, omnia autem multo majora & meliora, quam optimarum & maximarum rerum comparatione concipi possint, השועה עולמים e XLV, 17. perfectus מושע Salvator & cum Chaldeo פּרִיק redemptor e v. 15. l. c. aliisque. Vid. XXV, 8. Impleri enim vaticinium e XXXV, 4. debet: *En! Deus vester ultio veniet, retributio Dei: veniet ac servabit vos.* Est ipse Messias quoque rex, omnes regii numeris partes perfectissime explens, ipsi prout Judæi negare non audent, quod ex phrali apud illos frequenti & familiari epitheto Messias מלך המשיח patere potest: nil tamen nisi terrenum regem hodie fere somniant gleba affixi homines, Messias res fore cælestes, ac locutionibus propheticis sub terrenorum & corporalium imagine cælestia & spiritalia adumbrari, ipsorum tamen sapientiores quum norint. Vere rex noster & dominus, spiritalibus armis, evangelio nempe, pacis salutisque præconio, & Spiritus Sancti effusione regnum suum administrans, e XXXIII, 22. rex in pulchritudine sua Mediator noster e v. 17. l. c. *En! ad justitiam regnabit rex,*

NON

non Ezechias, ejus virtutes futuras prædici autumant Judæi, cumque illis *Grotius*, ei quum virtutes, eaz quidem, quæ de rege docentur, nunquam competierint; sed sine omni labe semper regnaturus Messias, e Judæis quoque plurimi quod novere apud *Abarbenelem*; ac ipsos quod principes atinet, ad judicium principatum si gerent spirituales: Messia omnes obedient, XXXII, 1. seqq. Vid. quoque XXXIV, ult. Ille est דָּוִד דֹּדֵךְ dux, exemplo qui populo præluet, eique proponit, quid faciendum; ille, quem respicere populus debet, Davidis instar, vere Dei ἀγαπῶντος ac omnium benedictionum typus, e LV, 3. 4. Omnis quippe principatus, מַשְׁרָתָא veri nominis principatus, ac quidem, ratione usurpationis vocis illius in Scripturis, ejusque virtute, e *Varenio*, spiritualis in humero ejus est: is princeps pacis, unice pacem populo suo ferens, amplificator principatus ac pax sine omni sine in throno Davidis ac regno ejus, ad stabilendum illud ac fulciendum iudicio & justitia. Ista facturus dicitur Zelus Jehovæ Dei exercituum a nunc inque in seculum rerum serie continua: debet enim magis magisque crescere regnum Messia, victos donec hostes pedibus suis sibi subjecerit, e IX, 5. 6. Vid. X, 33. 34. XI, 1—10. &c. Non etenim sine populo rex esse potest Messias: illum tamen sibi subje-  
ctum, populi totius rex, ratione diversâ pro diversitate ipsius gubernat: omnes quidem universim creaturas secundum potentiam conservat ac providissime gubernat, verboque potentia portat, ne corruant, omnium hæres constitutus. Omnia ex ubere ejus esse, vivere & movere trahunt. Omne Christo ac Deo non obediens & aliud respiciens regnam divinæ majestati contrarium abolebitur: nam solus Dominus exaltabitur, eique omnes Messiani religiose se addicent, vero utpote Domino & regi, e II, 11. seqq. coll. Apoc. VI, 12. seqq. Sibi autem quem formavit populum, e XLIII, 21. eo quo per Spiritum suum regnum obtineret, secundum gratiam regit idem Messias, Implet omnem & totam terram gloria Messia, solo quem insidentem vidit *Jesaias* VI, 1—4. adeoque non solum templum solum Hierosolymitanum, simbrizæ Domini itidem quod implevere olim; omne variis tamen sub umbris. Regnum enim Dei mere, sub novo, inquam, Testamento regnum Christi, regnum libertatis, quo neque elementis mundi, neque ejus principibus serviunt, sed soli Deo vivunt sibi

libera, quæ olim erat sterilis ac deserta & desolata, e LIV, 1—8. est l.c. Ipse regnurus Messias iuste non solum, verum etiam regnando subditis iustitiam est daturus, nemo suos sed Domini mores ut habeat, aulæ potentis quæ natura est, e XXXII, 1. seqq. Illos vere protegit, in devincendis concupiscentis auxilio iis essendo, a tentationibus mundi, carnis & diaboli servando, omnibusque in adversitatibus erigendo ac ab inimicis liberando, e XXIIIX, 5. 6. Vid. IX, 3—6. coll. XVI, 5. &c. Istos autem, hac in vita quos ita regit, altera illa, qua secundum gloriam est regnurus, regie remuneratur Messias, omni inimico ordine destructo, ipse solus quo sit rex regum & Dominus dominantium. Illud enim pro certo habendum, nunquam audivum esse auribus, nunquam oculis passivisse, nec in mentem hominis unquam venisse, quod paravit Messias is, a quibus diliguntur, e LXIV, 3, &c. Gloriæ Messias plena erit hoc regno manifestatio. Ipsum igitur verum electorum caput, ac regem populi Dei pura semper mente colamus, inque ipso & eius spiritu sapientiam & prudentiam, consilium & fortitudinem, cognitionem & timorem Domini queramus omnes. Vitæ ita gloriôsæ confortes evademus.

Tempus  
advencus  
Messias du-  
dum efflu-  
it.

§. 6. Olim autem promissum Patribus Messiam, venturum frustra quem expectant Judæi, pridem venisse, nec alium, quam Jesum esse Nazarenum, e Vate quoque nostro jam facile erit probare. Ostenditur autem illum, Veteres omnium maxime jam olim quem expetierunt votis, LXIII, ult. & LXIV, 1. pridem venisse, e præsignificatione temporis jam dudum elapsi. Venturus enim erat Messias e familia Davidis ad incitias redacta, populo Hebræorum graviter presso, post primi templi excidium longe mole operis ac materia, arte quoque & ornatu præstantioris posteriori, post Messias adventum tamen una cum urbe Hierosolyma excidendo, imperantibus Romanis, novæque rerum facie per Messiam inducenda mundo coruscante, e X, 33. 34. XI, 1—10. Vid. quoque XLIIIX, 14—16. ac XL, 1—5. jam ut alia brevitatis ergo silentio præteream, modo adducta uberius illustrare institui quum prohibeat ratio. Videri tamen poterit Coccejus in curis majoribus in Esaïæ prophetiam, curate signa temporum Messias investigans, ac ad l. c. Schmidius. Tempus vero illud Messias adventui præstitutum jam pridem præteritisse, neminem nisi historiæ plane rudem negaturum arbitror. Ipsi sane Judæi premi se hic sentientes in dubium tamen id

vocare



vocare non audent: alia ratione, maxime licet vana, dum argumentum eludere conantur. Duo enim redemptionis tempora statuant, unum possibile, per poenitentiam nempe rigorosam, alterum obligans ac necessarium, ejusque distinctionis fundamentum petunt e LX. 22. Vatis nostri, quo dicit Dominus: בְּתוֹרַת אֱשֵׁרָה *In tempore suo accelerabo illud*; perquam absurde utrumque notari putantes tempus, hacve ratione interpretantes: *Si mereantur, accelerabo, si non mereantur, in tempore suo*; quum tamen acceleratio temporis, ac tempus accelerationi annectatur. Vid. *Dn. Praesidis* Theol. Jud. Loco de Messia. Tempus sane Messiae adventus non nisi a Deo praestitutum nec anticipari nec tardari potest. Venit ergo jam ante secula Messias, quem non alium esse nisi Jesum Nazarenum eo demon-  
 stramus, quod olim de Messia praedicta & credita in nemine nisi illo evenierint: ac omnia nondum impleta in eodem implenda non male ducatur, regnum quum Messiae ad finem seculorum durare ipsi Judaei nequeant ignorare. Videri potest *Grotius* L. V. §. 17. 18. de Ver. Rel. Christ. omnia fusius docens. Vere *Jesus*, ipse ישועה Ebraice e XXVI, 1. LX, 18. LII, 7. 10. coll. XII, 2. seqq. XLIX, 6. LI, 6. 8. LVI, 1. ac XXXIII, 2. XXV, 9. LXII, 1. 11. XVII, 10. *Nazarenus*, נוצרי occasione habitationis in Nazareth equidem prout dictus est, non tamen sine respectu ad Veteris Testamenti prophetiam, qua non solum נצר *germen* dicitur Messias, oppido Nazarethi unde quoque nomen esse dicitur, XI, 1, coll. 10. sed semet quoque ipsum נוצרי *custodem* vel *servatorem* nuncupat XXVII, 3. electi quoque ex quo nomen trahere videntur, quo vocantur XLIX, 6. נוצרי ישראל *custodiri & salvi facti ex Israele*; vere, inquam, *Jesus Nazarenus est Messias*, cui omnes, etiam exterae gentes, e XI, 10. sunt pariturae.

## LOCUS XII.

## DE

## VOCATIONE.

## §. 1.

**O**mnis salutis plenitudo omnibus ac singulis mortalibus a Deo quam sit in Messia destinata, omnes quoque ac singulos ac dulcissimam cum Christo communionem, omniumque pariter ejusdem

Vocatio per  
verbum re-  
velatum,

bonorum commercium invitari est necesse. Inde enim blande com-  
pellat mortales Messias XLV, 22. ajens: *respicite ad me*, vel, *incli-  
nate vos ad me*, illa nempe ratione, quæ in evangelio est revelata, ut  
*salvemini omnes terra fines*. Invitatio etenim quædam per naturam  
quoque fit, verum ea neminem ad communionem cum Deo un-  
quam adduxit, adeoque nec adducere potis est: viam sternit per-  
fectiori vocationi, quæ fit per evangelium, ipsius vel ore Dei, olim  
prout patriarchis, prophetis & apostolis factum, vel mediantibus  
Dei ministris revelatum, homine de peccato per legem jam convic-  
to. Unde Jesaias suo & aliorum Varum nomine queritur, quod  
nemo fere audire velit auditionem & vocationem ad regnum Mes-  
sias, LIII, 1.

universali-  
ter ad om-  
nes di-  
recta,

§. 2. Vocatio autem divina universaliter ad omnes directa est,  
sic in mundi non solum ex Adamo nascentis, inque Noacho re-  
nascentis exordio, verum quoque in diebus ultimis, Messias nempe  
seculo, illustris ac solemniter poterit observari. Omni enim crea-  
tura evangelium per Jesu apostolos annuntiandum, a prophetis sub-  
inde est indicatum: Vid. II, 2-4. XI, 9. 10. ac 11. seqq. XVIII,  
3. seqq. XIX, 18. seqq. XXXV, XL, 3-8. XLII, XLIII, 19. seqq.  
XLIX, 6. LI, 5. LII, ult. LIV, LV, 1-4. ac 5. in primis LX, 3. seqq.  
LXVI, 19. seqq. &c. Illustris eo spectat typus vocationis gentium  
in vellere Gideonis certamine ejusdem cum Midianitis: primo enim  
quem ad modum ros in vellere, ac deinde in tota terra, non autem  
in vellere apparuit; evangelii quoque doctrina primo inter Judæos,  
deinde autem rupto per Messiam intergerino pariete omni terra debuit  
apparere, nullus plane ut terræ angulus sit, quo non pervenerit, e  
IX, 3. Vatis nostri, docente *Schm. do*. Vid. quoque VI, 1-4. XXVII,  
6. XXIX, 17. &c. Omnes omnino diabolo mancipati ac a Dei &  
Christi ejus communiione exclusi, *omnes sive laborantes*, nihil bonorum  
spiritualium habentes, nec rationem bona cælestia obtinendi natura  
intelligentes vel appetentes, natura quales sunt omnes mortales, licet  
non omnes, quo premuntur, sentiant; *omnes, quibus non est pecunia ad  
emendum spiritualia*, naturæ viribus nil valentes, vocantur a Deo  
ad delicias cælestes in gratiæ patiter ac gloriæ regno, vocandoque  
trahuntur ad Messiam, ac ejus suavissimam communionem blandis-  
sime LV, 1-4. *Venite*, inquit enim ibi Deus, *ad aquas*, ac doctrinam  
salutis

salutis haurite, omnes miseria voragine merfi: vobis porrigitur quicquid ad apprehendendum fide evangelium pertinet: tractus adest Patris, sine quo nemo venit, aut venire potest ad Christum, e Joh. VI, 44. *Venite, emite & comedite vitæ panem, cibum cœlestem, e l.c.v. § 8. venite, emite sine pecunia, ac sine pretio, sine ulla impensa vinum & lac, animis solatium ac alimentum: vera enim doctrina cibo & potui optime comparatur, quia apimum pascit & recreat, ac omnis generis hominibus, omnibusve eorum egestatis speciebus sufficiens est, verum ut discant. Imperativi autem evangelici, hic qui ponuntur, quod imperant, porrigunt & dant, e pædagogia tamen semper aliquid includunt, recteque adeo retinentur. *Cur expenditis, pergit vero Deus, pondere pecuniam, opinione vestra prout est, pro nullo cibo, ac laborem vestrum pro re, quæ minime est animum satiatura, nullusve unde ad animam redit fructus: auscultate mihi indesinenter & comedite bonum; ac oblectet se pinguedine anima vestra. *Inclinate arem vestram ad me, ac venite ad me: audite ut vivat anima vestra, veræque lucis compos fiat una cum corpore, sine quo anima hominis non est æternum futura: imo pangam vobiscum fœdus perpetuum, benignitates Davidis verissimas: ex pacto daturus, Christo quæ dedi. Ille testis est nationum, dux ac præceptor populorum. Venerare ergo, non omni tempore omnes gentes vocari qui miraris, justitiam ac sapientiam divinam: nec enim sine causa, ipsarumque gentium culpa id ipsum fit: vocatione nostra, Deoque nos vocante prout dignum est, nos autem omnes ambulemus.***

§. 3. Imaginis divinæ enim instaurationem vocatione in omni-  
bus DEUS intendit, maximaque cum efficacia ad conversionem om-  
nes invitat, nec tamen obtorto collo trahit invitos, vocationique  
divinæ resistentes. Ita enim DEUS ipse docet LXV, i. 2. *ajens: Quæsumus sum ac obvius factus iis, qui me non consulebant, gentibus nempe mundi: eis præsto fui, qui me non quærebant, lux gentium: dixit: en! ego; en! ego: præsto sum, ad gentem nomine meo nunquam denominatam: Vix ad horam, gentibus obvius sum factus, ac conversi sunt: expandi manus meas incitando ad conversionem omni die, diu ac multum populum ad rebellem, nomine meo olim vocatum, verum cupidi tibi sine obsequitur. Ita quoque Messias LIII, init. coll. Joh XII, 37. § 8. omnes que ejusdem apostoli cum eo coll. Rom. X, 14.*

15. 16.

15. 16. vocationi divinæ, ceu diximus, locum non datum conquerruntur: *Quotusquisque credidit sermone nostro, evangelio, omniterarum orbe audiri quod fecimus, imo brachium Domini in Messia in quoniam apparuit.* Vocationi ergo lubenter obtemperemus divinæ, laudesque ejus, qui nos vocavit e tenebris ad mirandam lucem suam, celebremus æternum.

## LOCUS XIII.

DE

## REGENERATIONE.

§. I.

**E**fficiens, **O**Mnes omnino ad communionem Dei Christique ejus qui vocantur spiritualiter mortuique vita Dei abalienati, vita spirituali a Deo benignissimo donarentur, illam salutem ni plurimi stulto sui amore infatuati, viventemque in se Christum agnoscere nolentes, negligenter. Vita autem spiritualis non nisi per regenerationem obtinetur, cujus quin autor Deus sit, nemini potest esse dubium. Illius enim per regenerationem reddimur, vereque adeo dicimur filii vel populus: ille autem suorum quoque Deus & Pater: Vid. XLIII, 5. 6. LXIII, 8. 14. 15. 16. LXIV, 2—7. 8. Imo justius dicitur Dominus Pater noster, quam illi, ex quibus naturæ ordine geniti sumus, e LXVI, 9. *Illius sumus opus manuum, ac ab eo geniti, divinæ confortes naturæ facti, hereditas Dei, ac nova factura regeniti, coll. cum jam notatis XXIX, 23. XLV, 9. 10. inprimis autem XIX, ult.* Progenit nos e femine verbi cœlesti ac vivificavit cum Christo regeneratione, nos, inquam, quibus non nisi mera mors erat; nec enim opus aliquod hominis præcedit vivificationem, verum unice gratia divina, e LXV, 1. Omnem gloriam sibi dari vult Dominus, inque Deo adeo, non nobismet ipsis, nos oportet gloriari: *surculi enim plamarum Domini sumus, opus quo gloriatur, LX, 19. 20. 21. Ille factor noster & redemptor, e LIV, 5. &c.* Ipse quoque Messias est אבי עדי Pater æternitatis, ac אבא אמתים *petra æternitatis*, qui Domino confidunt, XXVI, 4. *rupes, ex qua excisi, & foramen cisternæ, unde effossi sunt, e LI, 1. docente Cogcejo, nec refragante ad l. c. Schmidio.* Ille enim vere dici potest rupes, salutis rupes, ex cujus latere tanquam e foramine

mine cisternæ profuxit ecclesia, origo qui vere dicitur ecclesiæ cre-  
dentium matris. Spiritum autem Sanctum non excludi debere, e  
XLIV, 3. 4. poterit liquere, ita ubi Deus regenerans: *effundam a-*  
*quas & fluentia; effundam Spiritum meum super semen tuum ac bene-*  
*ditionem meam in progeniem tuam: inter populos tui, o dilecte mihi,*  
*eminebunt.* Vid. XXXII, 15. XLI, 17-20.

§. 2. Regenerationis ergo autor Deus est Trinus: non ta-  
men aliter, quam in Filio Dei unigenito, in carnis peccati similitudine  
veniente, posteriore uti Adamo, omniumque filiorum spirituali-  
um Patre: eo ipso enim, quod oppignoravit se pro omnibus, Deo-  
que pro nobis summi instar Pontificis semper apparet, meruit, ut po-  
pulus Dei & filii Dei fieremus. Illius sanguis gignendæ sobolis spi-  
ritualis secunda causa, e LIII, 10. *Videbis semen*, posteritatem, voce  
seminis quæ Hebræis notari quidam quoque Rabbinorum docent,  
*si posuerit se victimam pro peccato anima Messia,* coll. Hebr. II, 10.  
seqq. & IIX, 18. Varis nostri: discipulorum & filiorum ingentem  
habebit numerum per sermonem Dei viventem & manentem in æ-  
ternum, e XL, 8. gratiæque fœderis symbolum, e XII, 2-4.

§. 3. Indolem autem quod spectat regenerationis, occultæ  
plurimisque involuta est mysteriis. Illos enim, qui peccatis jam sunt  
mortui, nova eaque divina donari vita, annon *μυστηριώδες* est? Id autem  
per regenerationem fieri, e dictis cuivis jam elucescet: novi plane  
hic evadunt homines, ac in verbo Dei omnes sedent inclusi & attra-  
hunt agnitionem Dei & vitam, prout *Melanchthon* in Locis suis alicubi  
ait. Plane nova datur enim creatio, novaque creatura e nihilo existit,  
Deo operante, in regeneratione. *Intellectui* novus gratiæ divinæ splen-  
dor affulget, mentis oculis illuminatis densissimis olim tenebris obvo-  
lutis: in *voluntate* Deum prius omni ratione averfante maxima promit-  
tendo Deo se omni obsequio mancipandi hic conspicitur: ipsi quoque  
*affectibus* purgantur & sanctificantur: omnia denique corporis mem-  
bra Dei ad nutum prompta semper inveniuntur. Vid. LX, 1 seqq.  
*In gloriam* enim suam, divinæ ut virtutes, sanctitas nempe, veritas,  
justitia, sapientia, potentia, *Φιλανθρωπία*, aliæque innumeræ omni-  
bus appareant, *omnem, qui nominatur a nomine Dei*, Deoque se tra-  
dit, *creavit, formavit atque fecit*, e XLIII, 7. coll. Eph. II, 10. *Vo-*  
*cantur autem regeni & Christiani nomine Christi, non suo: quare etiam*

L

Christi

Christi iustitia aliquid sunt & non suis operibus aut studiis, prout Lutherus ait. Erat Christianus, pergitidem, natus ad gloriam suam querendam; jam autem postquam per Spiritum Sanctum nova creatura est factus, nihil agit, nihil paritur, nihil audit, nihil dicit, nisi quod referat in gloriam Dei. . . . Omnia hac ex corde qui potest dicere, facere & vivere, ille est creatus in gloriam Dei & est nova creatura Dei: mundus autem diversum judicat, & appellat pios facturam diaboli, damnatis nunquam hereticos. Omnes ergo, quotquot in tenebris ambulant, umbræque mortis sedent, lucem divinam arripiant, Deo ut placeant, e IX, 1. &c. Vid. XXXV, 5. seqq. XLII, 14. seqq. LX, 1. seqq.

Finit,

## LOCUS XIV.

DE

## CONVERSIONE.

§. I.

Nomen.

**V**Era cordis mutatio, qua peccator e tenebris, quibus innatus est datus, ad lucem, eque potestate Satanæ, cui iuste in mancipium est datus, ad Deum traducitur, vera ad Deum conversione se exerit, cujus naturam nunc explicaturis voces, quibus in ea notanda usus est Spiritus Sanctus, veniunt inquirenda. Dicitur autem illi conversio in Vate nostro שׁוּבָה *reversio* ad locum, unde quis recessit, *reversio* cordis vel amoris ad Deum, a quo per peccatum sese homo abalienavit, voce a motu locali ad motum spirituales translata, in XXX, 15. quo Symmachus *πῆλ δόξασιν* reddidit, alibi licet ei ἐπιστροφή *respondeat*. Vocatur inde Rabbiniis תשובה crebro conversio, qua spes, qua porta salutis est, quam qui lapsus tollit, vitæ viam sibi quoque amputat, nemo quum tam justus, nunquam ei conversio ad Deum ut sit necessaria, nemini quum quoque sine vera conversione detur introitus in regnum cælorum, e I. c. & v. 18. ejusdem. Omni proinde labe evacuandum pectus est, Dei ut possit esse templum, vera conversione, LVII, 15. quum sine pœnitentia venire ad Deum non possimus, I, 16. 17. 18.

Nominis  
significatus

§. 2. Duplici vero significato conversionis vocabulum in Scripturis sumitur; nonnunquam enim Deus homines, nonnunquam etiam

etiam homines se ipsos convertere dicuntur. Omnia Deum potenter in nobis efficere in conversionis negotio, priori loquendi ratione firmum est, LII. 8. XLIX, §. 6. nec posteriori tamen aliud innuitur, quam nos Deo ejusque spiritu actos, adeoque itidem a Deo dependentes, imo Deum in nobis agere. Vere nobis autem tribuuntur actiones, quibus dicitur homo converti, in nobis quatenus sunt ac recipiuntur, Deo qui juste eas a nobis exigenti non reluctamur morose, XXXI. 6. LV, 7. Vid. quoque VI, 10. X, 21, 22. XLIV, 22. Una sane eademque hic est actio quoad rem in homine, mutatio nempe animi, qua a turpitudine peccati abluitur, regeneratur & ad puritatem imaginis divinæ viribus non suis sed gratiæ divinæ redit peccator. Vid. I, 16. seqq.

§ 3. Incipit motus in conversione a fœda Diaboli imagine, omnes qua omnino maxime sunt deformati, vel planè vel ex parte abolenda, ac tendit ad lucem illam Dei admirabilem, ejusque communionem, ipsa prout jam arguit vox conversionis clare. Imago autem Diaboli quo aboleatur in conversione, requiritur primum a peccatore vera peccatorum retractatio, quæ ex parte intellectus in peccatorum involvit agnitionem, qua recolit secum peccator, quam profunde a Deo recesserit, obque id Deo sit abominabilis, quo frequens in Vate nostro respicit peccatorum populû commemoratio, & vel ab initio visionum vaticiniorumque, I, 2. seqq. eo maxime scopo facta, dicta quo actaque, ipsa imo cogitata omni die revocentur in animum, vel perperam omnino vel minus recte num se habeant, nec superficialiter solum sed vere inde cognoscantur immane ut terculamentum ab omnibus, quave ratione possint aboleri, omni cura quaratur, e LV, 6. e parte voluntatis vero omnimodam docet detestationem, qua a peccato, putrido uti cadavere abhorret, ejusque motus nunquam reviviscere pati legem sibi figit, non sine dolore & angore animi illud, Deo quod exosum esse videt, se patrasse, inque via non bona se ambulasse cernens peccator, e I. c. & v. 7. cit. cap. Optime docere id poterunt e populo Dei illi, qui sua omnisque populû mala vere cognoscentes, causam, cur Deus se non vindicet, divinaque beneficentia ad se non perveniat, dicturi ajunt: *Multiplicate sunt sane, o Deus, prævaricationes nostræ coram te peccatorumque nostrorum quodvis dicit contra nos testimonium*, ipsa ut cri-

minum evidētia condemnari nos oporteat: *prævaricationis nostra nobiscum sum ac iniquitates nostras novimus: iuste nos puniri, non est nobis ignotum, LIX, 12. Vete enim contriti, ac animo enervati, Spiritu humiles, e LVII, 15. Spiritu fracti, ac metuentes sibi propter verbum Dei, e LXVI, 2. coll. LXI, 1. seqq. licet velint, non possunt negare peccatum: semper quasi coram Deo & in auribus aliorum esset, coram ipsis est. Vera autem contritio cordis est passio & cruciatus a Deo ejusque spiritu excitatus, Ezechie verba perspicue prout docent: *compesui, inquit enim in XXXIIX, 13. Vatis nostri, ad auroram usque ossa mea leonis instar; verum leonis instar mihi factus Deus confregit ossa mea, gravissimos unde patiebar dolores: evanescente omni spe conqueri sum coactus: vitam finies.* Variis equidem criteriis prodere se solet contritio, indubie e quibus tamen non statim poterit colligi vera contritio, ipsis in hypocritis eadem quum nonnunquam cernere liceat, quibus per Vates sæpiusculè proinde ostendit Deus, in cuiusvis spiritu non esse dolum, se a quo vis requirere. Vid. LII, LIX, 1—8. ac XXXIII, 14—16. &c. Deo autem per peccatum offenso plenissime ut satisfiat, peccatorem quoque cogitare oportet, vere quo aboleantur peccata. Illud tamen non nisi per veram in illum, qui bono ac loco nostro Deo satisfecit, fidem fieri posse, ex ipsa voce conversionis nosse quilibet poterit: illa enim apprehensus plene demum peccatori reconciliatur Deus, non imputans ipsi offensas, quum per eam ad misericordiam divinam aditus omnibus sit patens, e LV, 7. Hoc quoque lotionis & purgationis vocabus innuitur I, 16. fide enim sanguinem Christi apprehendente purgatur cor a malitia. Facit hic Vates oppositionem inter purificationes legales sive ceremoniales & antitypicam, coll. v. II. Fidei igitur naturam & officium distincte ut cognoscamus, operæ erit pretium, venire ad Deum, inque Deo quietem quum nemo nisi per fidem possit, e XXX, 15. 18. Spectat autem ad fidem primo vera, viva, ac prout fieri poterit, maxime distincta & sufficiens rerum credendarum cognitio; nec enim assentiri quis recte dicitur veritati alicui, quam plane ignorat, deque qua non scit extare fundamentum. In fidei sane conceptu cognitionem involvi manifeste innuitur LIII, 11. *In cognitione sui enim, cognitione puta, qua recte & salutariter cognoscitur atque apprehenditur, justificaturus dicitur**

\*  
Adem in  
Christum  
redemte-  
sem.

*justus*



*justus servus Domini*, Messias, multos; *γνώσω* licet eam, quæ est cum oblatione spiritus, quæ est initium vitæ æternæ & perducit ad ejus consummationem, adeoque Dei ad cultum omnino necessaria, innui, *Coccejo* non negemus. Vid. Joh. XVII, 3. Ignorantia vero eorum, quæ salutem in Christo concernunt, defectionis a Deo causa sæpiuscule docetur, nemo quæ ad Deum accedere possit. Ostendere quoque poterit ipsum fidelium exemplum, neutiquam rectius per ignorantiam quam notitiam describi fidem: intelligentes enim & prudentes sunt, non autem stolidi credentes, per evangelii auditum Deique institutionem in iis quum fides accendatur. Ipse quoque Messias spiritus fidem producit *Spiritus est sapientiæ ac prudentiæ, consilii & fortitudinis, cognitionis & timoris Domini, ac Messias ejusque beneficiorum cognitione omnem implet terram*, e XI, 2. seqq. Vid. XIX, 2. LII. ult. LIII. 1. &c. Ipsa denique piorum confessio de Messia ejusque mirandis cognitionem ad fidem veram esse necessariam arguit: *Ecce, inquit XI l. 2. ipse Deus est salus mea: confido & non timebo: nam robur meum & canticum Deus, ac mihi factus est in salutem.* Peperam Pontificii e VII. 9. m. ult. probare nituntur, fidem non esse notitiam; quia fontes aliter habent ac Vulgatus reddidit interpretis: *nisi credideritis, non intelligetis.* Inde vero quoque elucescit cognitioni veræ oportere accedere firmum animi assensum, quo ea, quæ vera ab illuminatis a Deo percipiuntur, ut vera, Deo utpote fallere ac falli nescio autore revelata, recipiuntur, ac demonstrationis instar firmissimæ ponuntur. Veritates enim cœlestes de plenitudine salutis in Christo ita recipiens serio demum & ardentem desiderat aquas salutis haurire e fontibus Jesu, bono ac loco suo mortui. Vera quippe animi fiducia fidei hunc actum, assensum nempe mentis, excipit, qua anima in Christum, se cum omnibus beneficiis suis ei offerentem, reclinat, eique innititur. Voce *יָמַן* quæ proprie notat gestandum se rejicere in alicujus sinum & brachia, firmiter in aliquo harere, significanter admodum exprimitur Hebrais: ita enim fidelis anima Christo se dat gestandam, ejus promissionibus nixa, inque eo hæret. Vid. XXIX, 16. & VII, 9. m. ult. XLIII, 10. Omnia sane Dei verba firma sunt & firmissima; ei postulanti gloriam sibi debitam responderi *יָמַן* convenit: est etenim *יָמַן יְהוָה Deus verus & vivus*, LXV, 16. Tuto proinde Deo innititur fides,

*Coccejo* quæ dicitur e XXXVI, 3. 4. *cogitatio mixta & falsa: securæ in Domino, rupe secularium.* Illam περ δισθησιν expresse Christi docet ecclesia, XII, 2. ajens: *Secure vivo, non pæveo.* Omnis itaque qui olim ambulavit in tenebris, veritatisque divinæ splendorem non percepit, confidat in nomine Jehovæ, ac natiatur Deo suo redemptore ac potentiam ad eripiendum faucibus Satanæ peccatorem habente, *timens Dominum* vocique ejus *auscultans*, L, 10. Nil sane nisi fidem, quæ gratiam Dei & meritum Christi apprehendere, omniaque, quæ Messias acquisivit bona, sua esse gloriari, iisque deliciarum dicitur, a nobis postulat Deus Israël: *Jehovam, Deum exercituum*, ipse proinde inquit, *sanctificat*, non aliter quod fieri potest, quam si vere credamus in Christum ac ipsius obedientia justos nos constitui statuamus: omnia enim sic sancta de Deo nos credere, cogitare & loqui, inque nomine quoque ipsius facere liquet: *illo timor, nosque terrefaciens: omnibus credentibus est astli loco, oppugnantibus autem se offendiculum*, II, 13, seqq. Vid. XLV, 22. seqq. Vere qui crediderit non movebitur loco suo, atque sic per casum pudesiet; nam fundamentum, cui insilit, non corruet unquam, e XXIX, 16. Vera autem fide, quæ in iis, qui secundum carnem vivunt, non potest existere, corda non solum purgantur ab omni immunditie ac sorde peccatorum, Diabolique imago aboletur, verum etiam fors nostra inter sanctificatos acquiritur, aliter qui est terminus in conversione, ad quem nempe motus tendit conversionis, I, 16. 17. 18.

Terminus  
ad quem  
tenditur.

Pœnitentiæ  
partes.

§. 4. Vera proinde contritio, veraque fides veræ conversionis partes recte constituuntur, divelli quæ nunquam poterunt; nec enim contritio offensam Dei tollit, nec quoque fides vera concipitur, nisi in terroribus conscientie, quæ sentit iram Dei adversus peccata & querit remissionem peccatorum, ac liberationem a peccato. Vid. LV. 7. 8. LVII, 17. 18. &c.

Efficiens  
causa.

§. 5. Vere autem divinum, individueque Trinitati commune opus est vera hominis conversio, e jam dictis prout patescit; partes tamen speciales Messie sunt suæ: impetravit enim merito suo, Deo ut reuniamur nobis offenso. Inde enim dicit, XLIV, 22, ipse: mei oblitus es, o homo, peccatis; *verum revertere ad me, meique semper sis memor, te cum redemerim.* Idoneus sane nemo hominum natura viribus operi conversionis; indiget quilibet divina ope & gratia,

gratia, Messiaëque merito. Imperativi autem evangelici non dicunt vel potentiam ipsius actus, vel Synergismum naturalem aut supernaturalem, sed dant & porrigunt quod imperant, hoc in negotio: tales sunt in I, 16. 17. LV, 6. &c.

§. 6. Operatio interim divina in conversione peccatoris validissima mediis certis est ordinata, verbo nempe ordinarie legis & evangelii, sedulo quod proinde leget, audiet ac meditabitur salutis suæ non malitiosus contemtor. Verbum enim reconciliationis, *fructum laborum creat Dominus: pax, pax, maxima, inquit is, salus ei, qui longe a me est; quique prope est: ipsum sanabit ille, e LVII, 19.* Verbum sane illud non sine fructu emittitur, nec sine proposito convertendi peccatorem, regnumque Dei amplificandi cuiquam a Deo datur: ipsis hominum animis ita operatur, ex spiritualibus captivitatis vinculis se ut extricet, inque libertatem filiorum Dei afferantur, e LV, 11. seqq. *Stat in æternum*, nec unquam intercedit, e XL, 3—8. ad salutem hominis datum: est in eo enim vita & justificatio & renovatio & conservatio & glorificatio.

§. 7. Omnibus autem in adultis peccati ceno demeritis, a que *Subj. 4. um.* Deo proinde averfis spiritualement intendit verbo suo immutationem Deus: verum gratiæ ejus, initium cui eam debere jam docuimus, obicem, ei malitiose reluctando, ponunt plurimi. Omnium seculorum homines peccato mortuos ad respicientiam amice compellat sanctus Israël per verbi ministros, minis promissa miscendo, I, 16—20. Vid. quoque XXX, 1 §. XXXI, 6. &c. Omnes ergo docendi qui gerunt officium, e Vate nostro ac cum eo omni tempore urgere debent omnium conversionem, secundum illud Vatis nostri: *Quarite Jehovah, dum inveniri potest; vocate illum, dum est propinquus*; in LV, 6. Omnibus non semper fore promptum & propinquum Dominum, verbum & regnum ejus a plurimis auferri quum possit, post quod frustra opania populi studia, *Lutherus* hinc arguit cum *Coccejo*: ira enim Dei peccatis maximis vehementer accensa, sine misericordia peccatorem rejicit, docente *Schmido*. Veteres quoque Rabbini apud *Kimchium*, ac cum eis *R. Salomo* Deum non inveniri posse nec prope esse, ubi fuerit *773* *773* decretum judicii ultimum latum de gente aliqua excindenda propter longam eorum contumaciam, hinc colligi posse putarunt: e *Chaldao* autem *Kimchius* ac alii inveniri Deum ac prope esse, quam diu vitæ hujus

hujus auram trahere dici possit, docuere, quæ tamen discutere hujus non est loci. Scire sane quum nequeat mortalis vitæ terminum, hodie revertatur, omnique momento dependentera Deo agere deprehendi se omnium maxime curet: rarissime enim sera pœnitentia vera. Vid. XLIX, 8 coll. II. Cor. VI, 1. 2.

Vinis.

§. 8. Omnimodam cum in hac tum futura vita salutem parit autem vera hominis conversio: nam plane immutati vere conversi ad Deum cum panthesia accedere possumus, virtuteque sanguinis Messia mundati aque sordibus abluti judicium divinum sustinere non renuimus, mundi pollutiones effugere in bona conscientia omni contentione curantes: vita enim spiritualis, quæ in conversione datur, ac veræ vii conversionis fructus a spirituali hominis immutatione divelli nequit, neutiquam cum morte in peccatis congruere potest. Vid. I, 16—20. LV, 6. seqq. &c. *In reversione ad Dominum, a quo recessistis, o peccatores; in quiete vera in Domino salvabimini omnes: in tranquillitate & fiducia eris victoria vestra, inquit Jehovah in XXX, 15.*

Iterari potest conversio hominis,

§. 9. Vere renati ac conversi autem subinde quoque quum labantur, aque veritatis semita vel ad dextram vel ad sinistram nimium declinent, mox a lapsu ut resurgant ac ad Deum suum redeant, sollicitè est curandam, plane gratia Dei iuste irati ne excidant: nec enim æternum irascitur peccatoribus se requirentibus, sed omnem iis promittit gratiam Deus. I, 16. seqq. LIV, 8. LVII, 16. ac 13. 14. & XIX, 19. seqq. &c. Israëliticæ gentis jam miseræ, vultui ejus velamentum hodiernum usq; ad diem quum immineat, quo minus clare nobiscum videat legis complementum, Messiam, doceri id poterit exemplo. Illi enim, progenies equidem quæ olim sanctorum virorum, ac ex qua Christus quoad carnem, primique Christianorum doctores, *πρωτων* ex parte obvenisse, inde ab apostolorum ævo incipiens huc usque quæ perduret, e VI, 9. 10. & XXIX, 9. 10. seqq. coll. Act. XXII, 25. 26. 27. colligi poterit; reductionis autem ad communionem cum Christo fores non esse clausas omnino iisdem, ex multorum oraculorum cœlestium monumentis discere possumus. Venturum etenim diem, quo magna admodum multitudo & quodammodo tota Israëlitarum natio reversa ab *αποβηταις* quæsitura sit Dominum, Deum Abrahami, Isaac & Jacobi, gratiaque divina iis primum oblata, eorumque posteris, verum

verum ab illis repudiata, ad Israëlitas reditura, adeoque totus Israël servandus omnimoda salute, plurima arguunt. Veniet *Syria* jure propinquitatis sibi suos vindicans redemptor Sion, natis Sionis civibus, quorum sunt pacta & promissiones, in gratiam ejus, ac revertentibus a defectione in Jacob, naturales inter Jacobi filios: gratiam nempe & salutem iis impertiens, qui ab iniquitate ad Deum se converterent, quod, viribus naturæ agere quum nequeant, ipse in iis efficiet, vires eis dando, ut converti possint, veniet; dicit Dominus in LIX, 20. Vatis nostri. Ita fœdus gratiæ cum ipsis renovabitur ac peccata ipsorum abolebuntur, e. l. c. v. ult. coll. Rom. XI, 25—28. ac XXXVII, 6. 9. Vatis nostri. Impleta sane augusta promissio quum nequeat censei, impleri autem debeat, merito postremis temporibus implenda creditur, plenitudo gentium quum introierit regnum caelorum, ac pro pharo ac turri Messias a populis fuerit acceptus, discere ut possumus e XI, 10. 11. seqq. docente *Wysio* in *Δεκαφύλλα*. Vid. quoque X, 21. 22. XIX, 24. 25. LXII. &c. quæ generalem Israëlitarum conversionem clare arguunt, cujus tamen modum, locum, tempus aliasve circumstantias Deo committamus, ipse effectus ut brevi prodeat in lucem, omni videntes animo.

## LOCUS XV.

## DE

## JUSTIFICATIONE.

## §. I.

VERÆ conversionis, pars cujus facile primaria, veram Christum fides est, memorabile in primis est effectum justificationis, de qua nunquam curatius agamus, haud abs re erit: interfit quum maxime totius Momen. religionis, ne in hujus articuli explicatione quis cespitet. Totius enim ecclesie & Christianismi fundamentum hic est articulus, qui si sac. culi, vim manserit, nulla hæreses ledere nos possunt. Satanas sane non alia re magis offenditur, quam hujus articuli exercitio, credendo nempe prophetiæ, quod peccata nostra non sint nostra, sed posita super Christum, ideo tot tentationes privatim, tot hæreticos ac tot sectas publice contra hanc doctrinam excitat: mundus quoque omnes religiones potest ferre, solam

M

doctrinam

doctrinam justificationis ferre nec vult nec potest : ipsi imo nos privatim egre eam credimus doctrinam, quanquam publice eam doceamus, optime prout docet *Lutherus* in Enarrat. Vatis nostri passim ad LIII.

Vocis signi-  
ficatus fo-  
rensis do-  
cetur.

§. 2. Vis genuina verbi apud Hebræos in ipsius rei cognitionem nos deducet ; ordinarie enim non solum הַצְּדִיקִים in Scriptura forensi significatione ; præsentem autem in negotio semper, sumi, verum quoque declarandi, probandi ac absolvendi aliquem tanquam justum notione semper Scripturæ usurpari, quid obstat quo minus cum *B. Schmidio* in Collegio Biblico id fufius docente contra Romanæ ecclesiæ Doctores statuamus. Vati sane nostro non alio quam forensi sensu sumitur V, 23. ubi actio prout judicis occurrit *impium tanquam justi declaratio ac condemnationi* opponitur *justi tanquam impii* : justitia autem imbuere, donare & ornare impium, eadem uti privare quoque justum, nemo e judicibus inter homines potest : nec alium quoque significatum vox habet, quando *Christus* dicitur *justificatus* a Patre, *ὁστος* nempe & ἀνομιᾶς, omnemque qui justitiam pro nobis perfecte impleverit, declaratus, omnibusque ostensus, in L, 8. vel quoque ipse justificare multos iræ divinæ reos, aut eis justitiam facere, in LIII, 11. nam operantur diversimode ad opus hoc producendum operosa causæ ; omnibus autem modis *Messias*, loco illo quod innuitur alias vexato : Is etenim cum Patre & Spiritu viam ad justificationem stravit, seipsum quum pro nobis dedit ; merito suo justitiam adduxit suisque donavit ; omnium iudex a Patre constitutus ipse coram Dei tribunali absolvit, nec non veram justificationis rationem docet omnes : justitiæque adeo declarationem meram hoc loco vocabulum quoque notare, poterit constare ; nullus ut adeo locus sit, alia ratione quo capiatur. Vid. modo laudatus *Schmidius* l. jam c.

Judex est  
Deus, *ὁστος*  
§. 3. Is, qui peccatorem, verum credentem in Messiam, a reatu peccatorum absolvit ac jus vitæ æternæ judicio attribuit, Deus est justus & clemens, maxime mirando misericordiæ & justitiæ temperamento, nihil quo alterutri decederet, invento. Ille, prout jus habet peccatorem damnandi ac omnis generis cruciatibus afficiendi solus, eundem absolvendi, juste tamen & clementer, jus quoque solus habet : ea nempe hereditas servorum Domini ac justitia eorum ex me est, dicit *Jehovah*, Deus Trinitus, LII. ult. Vid. I, 27. XXXIX, 16-18. XXXIII, 5. 6. XLV, ult. &c.

§. 4. Gra-

§. 4. Gratia autem divinæ, ac quidem meræ, justificationis negotium omne omnino tribuendum, nihil in nobis quam reperiri <sup>Impulsiva</sup> possit, in censum hic quod venire queat, opera nostra etiam optima quia sunt impura, panno mulieris menstruatae sordissimo similia, adeoque in consortium gratiæ admitti non possunt: nec tamen cum hisce pugnat, meritum Christi illud esse, propter quod coram Deo justificamur, originem suam divinæ siquidem gratiæ debere illud ipsum, quod Messias pro nobis factus sit peccatum, nosque ob id in ipso facti simus iustitia, novimus. In Messia proinde Mediatore, morte sua qui peccata hominum, atrocitas quibus erat infinita, vere expiavit, omnino prout iustitia Dei requirebat, ea si deberent condonari, iusti declaramur; gratiæ tamen divinæ id quoque erit tribuendum, quod, ac si ipsimet legem divinam implevissemus ac pro peccatis satisfecissemus, id omne a Deo habeatur, Messias quod pro nobis præstitit. Ipse Messias illud innuere videtur, quando dicit in XLIII, 25. *se propter semetipsum, gratis, bonitate sua motum, delere peccata, eorumque non recordari, atque ita esse iustitiam populi; recte unde concluditur, nihil dignum reddere posse hominem extra Deum illa circa ipsum actione, qua iustus pronunciat, nec quoque sine Dei servitute, (quæ tamen quo fieret, necesse Dei in personam humanitas ut adscisceretur, ) remitti peccata. Quod si autem, optime arguit hic Coccejus, sine causa remitti dicantur peccata, non foret iustitia quam Deus donaret, neque esset magna aliqua gloriatio in remissione peccatorum, que poterant non puniri: imo quia poterant non puniri, non poterant puniri. Ita sane iustificare, iustitiæ causa & donator fieri dicitur Messias, iustus ille servus Dei, omnem qui potestatem in cælo & terra sibi acquisivit, in iustitiam portet eorum, qui iustificantur, quot etiam sint futuri & victuri, LIII, 11. Dicitur autem portare Messias, quando pro peccatis nostris ipsi imputatis luit, iustitia ipsius nobis ut imputaretur: portare quoque, quando portare prædicatur omnium mala, e LII, ult. & c. portare dicitur, quando in iudicio pro illis stat: portat imo, quando iudicium sibi datum exercet, docente l. c. *Schmido*. Maxime energetice in LIII. Vatis nostri, maximeque perspicue ea docentur, illustriora magisque perspicue ne fingi aut excogitari quidem hic ut possint documenta, in Loco de Christo quæ videri possunt enucleata.*

enucleata. Optime sane Veteres in Veteri Testamento novere, non aliter quam per Messiam Mediatorem salutem & justitiam se posse consequi, eum unde invocabant vadem & sponsores, Ezechiae exemplo prout constare poterit, qui XXXIIX, 14. ait: *Auenui, exhaustique feruntur*, vel, aliis quod placet, *elati sunt oculi mei altam versus*; *o febova, mihi, vis cui su, immisce te*, intime te cordi meo infinua & oculos meos illustra, temperamentum gratiae & roboris suavissimum inspira; *velut sponsor vel fidejussor fac ne in nervum ducar, Vavenio*. Vid. XLV, 24. &c.

Organica  
caula,

§. 5. Gratiam autem Dei & meritum Messiae oblata vera fide apprehendere peccator debet, justitia Messiae sua quo fit. Indicari illud haud abs re docetur a Doctoribus in LIII, 11. *In scientia sui*, dicitur, cognitione nempe, ipse qua agnoscitur, non autem ea, quam ipse habet, Dei notitia, prout plurimi malunt; vero animi in se intuitu *justificabit peccatores Messias*, ipsius quod est opus pecunia. Vera enim Christi fides non adeo facilis res est, sed opus Dei; non nuda siquidem aliqua est imaginatio, quae intellectu absolvatur, verum perceptio quoque insuper ea, qua mens in objectum sibi cognitum cum impetufertur, idve amplectitur, fides. Ita demum sola apta nata est, ut acceptet justitiam Christi, propter quam justificamur, omni opere nostro excluso, illamque ut suam Deo judici representet, illius quo intuitu a reatu peccatorum absolvatur, Deique filius dici & esse mereatur peccator. *Suo autem merito illam ipse Messias nobis impetravit; per auditum verbi donat; in judicio cum ea nos facit apparere, meritumque suum eidem donat, eamque & in hac meritum suum ea firmiter apprehensum resticiens nos ipso actu justificat*, l. c. docente *Schmidio*. Vid. XXIIIX, 16. XLV, 22. seqq. &c. *Omnia ergo opera nostra, quomodocunque etiam considerata, sunt abjicienda, impie ut in qua confiditur: etiam ex nobis ipsis est descendendum & simpliciter ex toto corde in alienam justitiam confidendum, in quasi inter caelum & terram hancamus & credamus eam justitiam, quam nullo sensu accipimus, qua per verbum, ven vehiculum quoddam, per quod ad nos defertur Christus cum omnibus ejus donis, nobis offeritur, nec sine Spiritu Sancto recte cognosci potest, docente Luthero. Sola enim fide justos nos declarari, inque gratiam & caelum recipi, tanquam *populum justum*, XXVI, 2. constare e dictis poterit, nec*

tamen



tamen, fidei ut fructum ac *τεκμήριον*, veritas quo custodiatur, requiri sanctimoniam, dubium. *Ostendit etenim Pater noster ablutionis & εὐλαβείας præcepta jungens, quod fides ἰρασήριον ἵε βεῖ apprehendens non possit esse absque puritate cordis, I, 16. seqq. docente Coccejo.*

§. 6. Innotescet dicta curatius modo penitenti sine negotio Formalis ratio justificationis nostræ coram Deo, pluribus eam ut explicare ratio non necesse sit. Omnimoda peccatorum, damnandi & dominandi jus in peccatorem quæ habebant, abolitione, quæ per peccatorum deletionem e Dei commentariis ac recordationis iniquitatum negationem in perpetuum in XLIII, 25. exprimitur, ea absolvitur. Illustratur eleganter per nebula dissipationem ac summi disjectionem, XLIV, 22. Ita enim removet crimina suorum Deus, instar nebulae quæ sunt aspectum cœli interceptientis, instar nubis procellas, nimbos, fulgura & fulmina minitantis in facie Dei, fumique instar densi, ventus uti solet nebulam aut fumum dispellere, homines quo possint jucundari solis radiis: *rejecit post tergum suum, ea non volens respicere, XXXIX, 17. sed liberare cupiens e mortis æternæ faucibus mortis reos, amore jam in eos propensus intimo. Iniquitate enim levatus populus, e XXXIII, ult. Deo est reconciliatus, nec dicit: elanguis; nunquam: quum, licet fuerim peccata populi purpurei instar panni, ipsa sicut nix exalbescant, imo licet rubra fuerim ipse ut vermiculus coccei, ipsa sicut lana pura fiant; non quasi naturam unquam possint mutare peccata, sed quod obliterari debeant, non amplius ut appareant in peccatore, versaque quasi in justitiam videantur in eo, I, 18. Donando tamen justitiam Christi, ipse nobis quam acquisivit, remittit peccata, justosve pronuntiat ac jus ad vitam æternam dat illius imputatione justitiæ, qui justitia ipsa est, Deus, e LIII, 1. 12. Vere expiata enim per Messiam omni iniquitate, intrepidus Deo se sistit justificatus, vere justus, justitia Christi: nam semit, dicente *Luthero, se non habere peccatum, quamvis peccarit, sed peccata sua in Christo habere, qui est Salvator in æternum a peccato, morte & inferno, verum ac perfectum Deo sacrificium; XL, 2. verum in quo consistit unice Christianismus.**

§. 7. Indigeant autem licet omnes omnino mortis æternæ rei Subjectum, justificatione coram judicio Dei, cui omnes sese sistere debent, ac ad omnes quoque pertineat virtus illa, cujus intuitu Deus justificat

peccatorem, non tamen ipso actu omnes plane justificantur, verum solum, veritati justitiæque Dei prout est conveniens, vere conversi ac credentes; vim nempe peccati qui vehementer sentiunt, iræque divinæ sensu subacti de se desperantes, Messiam, qui se dedit pro nobis *ἀντὶ ἡμῶν*, firmiter intuentur, ejusque justitiam sibi ita imputari, ejus ut virtute justii reputentur, cordeprehendunt, ac in eaherent, e XXXIII, 14-16. docente *Varenio*. Vid. XL, 2.

Effectus.

§. 8. Omnium bonorum spiritualium abundantia e justificatione peccatoris oritur: spirituali enim pace cum Deo jam reconciliato per Dominum nostrum Jesum Christum nobis parta jucundissima non potest non frui Dei amicus; qua vero gaudens pacem quoque habet conscientia; multamque apud Deum *παρρησίαν*, qua gloriatur *ἐν' ἐλπίδι ἡς δόξης τῆ βεῶν*, certus de justitia Christi per fidem sibi imputata. *Opus enim justitia est pax ac proventus ejus mira animi tranquillitas & securitas usque in seculum*, e XXXII, 17. Illi nihil poterit nocere, XLI, 11. 12. LIV, 14. seqq. piorum inde ut canat cætus, LXL, 10. *Gaudendo gaudebo in Domino, exultabit anima mea in Deo meo, eo quod induit me vestibus salutis, pallio justitia me amicitia: prout sponsus ornatu se ornat magnifico ac sponsa operu se mundo suo.* Omnia imo e Christo fluunt bona, v. ult. dicit. Eidem a peccato per Christum libero adoptione jus ac privilegia filiorum Dei dantur, omni prosperitate ut vivat Deo fœderatus ejusque populûs, e XXXII, 18. Is denique intime cum Christo, imo tota Trinitate, in matrimonium eum assumente, ac omnem amorem ipsi impendente, e LIV, 5. unitur, LII, 12. coll. II. Cor. VI, 15-18, ab omni carnis & spiritus inquinamento, quo ducamur omnes, nobis ut caveamus: nam æternum beati nunquam sic pudefsemus, XLV, 17.

## LOCUS XVI.

DE

## RENOVATIONE.

§. I.

VIta spirituali donatos magis magisque a peccati deformitate ad imaginis divinæ pulcritudinem continuo oportet renovari; nec enim cum regno peccati stare potest justificatio, quum, qui delectetur

Stat de gratuita justificatione doctrina, nec tamen oderit peccatum ac diligit iustitiam, egregie sibi imponat; uno enim quasi halitu postulat Deus *lotionem, purgationem, remotionem malitiae operum, abstinentiam a malo*, vitamque Christi perfectam, I, 16. seqq. Opus certe omnino renatis hac in vita est peccati propter reliquias renovatione & sanctificatione, exuitione veteris & induitione novi hominis quam absolvi. e l. c. discimus: nobis autem proponitur ea quando-que ut actio Dei in nobis Dei jam amicis, quandoque autem ut actio nostra, a nobis nempe, licet Deo motis, proficiscens; Dei enim potentia debet impotentia nostra consummari, e XL, 29. 30. & ult.

§. 2. Immutatio autem renovatio est spiritualis, qua veteribus cedentibus novae prorsus qualitates, imaginis divinae restituito quibus quoque sita dicitur, succedunt. Vetustate quasi corruptum rejici & aboleri debet peccati corpus integrum cum omnibus suis membris in renatis remanens, eisque adhaerens, imo eos, quo minus in pietatis stadio alacriter currant, vitamque spiritualem, qua in regeneratione & conversione per Christi fidem sunt donati, incessanter degant, impediens; ipsa ex humili nec minus tamen vera prout patere poterit sanctorum confessione, ingenue navos suos qua revelant in LXIV, 4. 5. 6. ipsiusque Vatis nostri exemplo, sibi, Vir quum Dei tamen esset, a morte metuentis, eo quod impurus labiis, inque medio populi corrupti esset, quod, inquam, corruptio maxime foeda per omnes sui partes ac facultates longe lateque grassaretur, in gloria autem oculis suis Deum quum vidisset justum & sanctum, sancta qui se coli mente postulat, in VI, 1—5. Omnes sane cum Paulo *περὶ καρτερίας ὑπὸ τῆν ἀμαρτίας*, Rom. VII, 14. Destruitur vero non sine dolore & angore animi, execrationi cui est, corpus illud peccati: in primis autem incessante virtutum Christianarum exercitio & augmento, (in dies siquidem renatus in pietate debet proficere) efficacitatem suam amplius ut nequeat exerere, mortificatur, e I, 16. seqq. Veteri enim cedenti novum succedat oportet: illud autem novae ac perfectae in homine qualitates sunt, universum rursus occupantes hominem ac per omnes ejusdem partes & facultates se diffundentes, nihil ut cogitet mens, nihil ut exequatur corpus, cum voluntate Dei quod non consentiat. *Spectantes fixo in Deum animo Jehovah renovabunt, ac e deteriore statu in meliorem mutabunt vires,* plane

Nominis  
duplex si-  
gnificatus.

Terminus  
abolendus.

Terminus  
acquienda.

plane novis imo semper utentur viribus ac *ascendent ala instar aquilarum*, sursum nitentes; *current & non fatigabuntur; ibunt sed non defatigabuntur*, maximis passibus ad perfectionem contententes; nam in potentia Domini Dei sui, in quo omnia possunt, procedunt, e XL. ult. coll. v. 29. 30. Vid. I, 16—20. & XXXV, 3. seqq. &c.

Autor,

§. 3. Autor renovationis æque uti regenerationis Deus est Trinunus, *Sanctus Israelis* sæpiusculè Vati nostro dictus; increata & infinita sanctitas omnis creatæ & finitæ sanctitatis fons & origo: nam *defatigato* ac segni quoque in curriculo sanctitatis *dat Deus vires*, & *cui plane non sunt vires, robur dat eximium copiosè*, XL, 29. coll. 30. *Spiritum sanctitatis sua* jam olim *posuit in medio populi sui*, ab eo quo glorificaretur, e LXIII, II. 12. ac hodie quoque *dat largiter propter Messiam* ejusque meritum, e LIII, 10. omnibus ei obicem non ponentibus malitiosè. Operatur autem in nobis sanctitatem Deus per verbum suum sanctum, a sancto utpote Deo profectum sanctum ac in pio lectore sanctitatem spirans, ejusve animam ab omni macula purificans, e I. Pet. I, 22—25. coll. XL, 6—8. fœderisque sui symbola, quæ Sacramenta vocitantur, e VI, 6, 7, 8. pro uti suo loco docebimus.

Instrumentum,

§. 4. Virtute autem Dei, vita spiritualis cui initium debet, a peccatis purgati, sancte quoque ipsi, non quidem e naturæ sed Spiritus gratiæ viribus, quibus sine nihil utpote Deo gratum agitur, operantur, eque amore erga Deum omnia illi grata facere student, semperque sibi, in quo proficiant, proponunt, e I, 16. seqq. Vid. XL. ult. &c. Vere enim conversi ac iustificati rectè solum dicuntur renovari, corporis peccati mortificatione ac perfectæ omnium hominis partium & facultatum cum voluntate divina, cujus accuratissima expressio in lege nobis data est, convenientia quod absolvitur, e I. c. *Semita certe justis & sanctis ipsa rectitudines: o Deus, qui justus & sanctus es, orbem justis librabis ac expendes*; legi tuæ num semper ipse fuerit obsecutus, e XXVI, 7. 8. Semper itaque legis diviniæ normam respiciamus, eique ad amissam vitam respondere omni assiduitate contendamus, ipso Dei mandato, magnificisque promissis excitati, LI, I. 12. &c. Vid. XXXIII, 15. 16.

Secundaria causa,

§. 5. Sanctitati ita ex animo operam dantes vere demum justis dicuntur & sancti, ac coram Deo & hominibus declarantur viri sanctitatis,

Finis,

§. 5. Sanctitati ita ex animo operam dantes vere demum justis dicuntur & sancti, ac coram Deo & hominibus declarantur viri sanctitatis,

citatis, omnimoda in Deo felicitate perpetuum fruituri; LVII. 1. 2. Ita quippe se gerunt, regenitos, justos & sanctos prout decet, vere se quoque sanctos ut dicere possint: nec enim, dicente *Lusbero*, est *superbis*, dicere se *sanctum & justum esse*, fiducia nempe mortis Christi, qua superare possumus peccatum: *imo contrarium dicere & staturere in corde suo, quod non justus, est negare Christum & blasphemare nomen Christi, qui se dedit, ut esset nostra sapientia, justitia, sanctificatio & redemptio*; in LX. 20. 21. Semper magis magisque perfici renovationem nostram, omnes contendamus.

## LOCUS XVII.

DE

## BONIS OPERIBUS.

§. I.

**I**nepti natura ad omne bonum, maxime autem proclives ad malum Origene boni. Viribus in regeneratione & renovatione a Deo gratiose communicatis instructi & decorati, maxima animi alacritate & promptitudine id, Deo quod gratum legique divinæ conforme novere, agunt, nec quicquam prius vel antiquius habent, quam, coram Deo ambulando illi, cujus ad imaginem primævus homo est creatus, placere. Vires sane naturæ in optime quoque constitutis animis, divino Spiritus gratiæ auxilio si destituantur, imbecilliores sunt, veræ virtutes & opera inde procedentia iis quam ut peragi possint: in omni enim bono Dei opus est auxilio, re vera quum non sit bonum, quod non ab eo originem traxerit. *Omnia*, inquit inde renati, *opera nostra operatus es nobis, o Jehovah*; in nobis peregisti id, frustra quod nos fuissetus conati, robore divino carentes; XXVI, 12. Viribus novis quotidie roborantur renati, ea quo perficiant, vitæ sanctitatem qua concernunt; exemplo *Jesaiæ* colligi quod poterit, vires a Deo cui concessæ dicuntur in VIII, 11. 12. rite non solum quo obiret Vatis munia, verum quoque pietatis exercitiis recte defungi a Domino agnosceretur, docente *Schmido*. Virtutes proinde non renatorum ac opera exinde oriunda, præclare licet admodum agi, quadamve ratione legi divinæ respondere videri possint, vere tamen bona dici non possunt; illius opus quum non possit placere Deo,

N

ci

ei qui horrore & execrationi est : recte hinc potius optima etiam opera peccata vocantur, e I, 11. seqq. ac LXVI, 3. 4. &c. *Ingenium*, in quo est רוח גבורה spiritus ingenuus, candide ac amore solum Dei in bonum ferens, *ingenuus ac generose agit*, immensoque adeo intervallo omnem pietatem fucatam superat : ipse in *ingenuis firma* semper *stabit mente*, e XXXII, 6. 7. 8.

Forma.

§. 2. Sui juris homo quum non sit, omne id, quocunque animi libido incitaverit, recte ut sequatur, verum a nutu Domini Dei dependeat, bona bene quo egisse dici possit, e legis divinæ, quæ omnis boni norma est perfectissima, dictamine omnia illum egisse oportet. Intima sane cordis legis divinæ regula dirigit, ea dum Deus ideam sanctitatis eis imprimit, ejus ut amore purissimo accendantur, ac ei omni vita respondere semper in oculis habeant, XXVI, 7. 12. Omnes enim παρρησιασθεσιν ac ἐν ἀληθείᾳ ἀνθρώπων, optime licet inventa videantur, perspicue suis rejiciuntur in populo Dei, iustoque Dei judicio ipsius sapientissimi argutis suis meditationibus stulti reperiuntur, XXIX, 13. 14. Omnimodam autem perfectionem lege sua quum a nobis exigat Deus, illam vero hac in vita consequi nequeamus ob inhabitantem in nobis carnem, Deo quoque propter imperfectam legis obedientiam placere non possimus : inde fidem, virtutem utpote Dei in nobis, in primis meritorum Christi efficaciam apprehendentem ac sibi applicantem requiri in omni bono, gratum Deo quo sit id, quod legis ad normam peragimus, indubium, XXVI, 12. Quicquid enim peragitur ac docetur sine fide in Christum, merito pro idololatria ac peccato coram Deo habetur, vel est *superstitio, ac pertinet ad cultum ejus quod nihil & abominatio est; licet nominetur Deus*, dicente Coccejo, e I, 11—16. opera ubi non solum ἐν δόγμασιν a Deo præcepta, sed quoque ista, legis quæ æternæ sunt, rejiciuntur, fide quum destituantur. Vid. XXIX, 13. 14. IIX, 15—15.

Finis.

§. 3. Originem vero sui virtutes Christianæ e Deo omnis boni principio quum ducant, aliorum quam ad Deum ejusque gloriam illas contendere nefas esto. Irretorto quasi oculo ergo semper omnibus in actionibus spectetur gloria Dei: omnes Deo unice vivant & moriantur, quam suavis sit Dominus, maxima cum voluptate gustantes, e XXVI, 8. 12—15. Ita enim divini nominis gloriam in omnibus respiciens,

veræ

veræ suæ fidei ac communionis cum Christo sibi erit conscius, æternæque salutis securus vitam degere poterit in omnimoda felicitate, e. l. jam c. Opera etenim, vivæ fidei optima documenta, majori quo fuerint mensura, ulteriori quoque coronabuntur gloria cum in hac tum futura etiam vita. Vid. I, 19. 20. XXVI, 12. &c. Id ipsum legis æternæ docetur regula in III, 10. *Dicite justum justo, quod bonum ac Deo placens: nam fructum operum suorum, fructum justitiæ, omnes comedent justii: non tamen opera jus petendi mercedem ullo modo dare, dicere statim hinc licebit.* Opera enim renatorum quoque optima labe sua quum nunquam careant, omnique legis postulato adeo quoque non satisfaciant, jus petendi mercedem nequeunt habere, XL, 6-8. merito proinde renatos eorum ut puduerit, LXIV, 4-6. Immeritam tamen iis retributionem promissit, debitoremque adeo e gratia per promissâ se fecit Deus, quod ipsum quoque cogitans Ezechias, morti vicinus, *se ambulasse coram Deo in virtute ac corde perfecto, inque oculis ejus quod rectum est fecisse, protesta-* tur, sibi que demonstrari non *καὶ τὸ ὀφείλημα αἰῶνα καὶ χάριν* promissâ Dei gratiosa in Davide sibi quoque facta propter Messiam, supplex orat, in XXXIIX, 3. 14. 17. 20. Vatis nostri. Vi certe operum jus ad vitam æternam nemo unquam habuit, nec quis habere poterit unquam; LV, 1. 2. coll. XL, 16. Omnes vero omnino, ne damnemur, sanctimoniam, nemo sine qua videbit Dominum, studeamus, ac ad perfectionem aspiremus, operam dantes, quam proxime eam ut acquiramus.

## LOCUS XIII.

DE

## LEGÉ DEI.

§. 1.

**S**anctitatis Christianæ officia lex illa interior omnium cordibus inscripta imperfecte admodum quum doceat, olim jam, omnino quoque quod hebetudini nostræ erat necesse, in populi sui maxime splendida panegyri Dominus publicavit, lapideisque tabulis insculpsit sanctitatis suæ, quam, perfectissimum utpote omnis sanctitatis exemplar, imitari homini decet, perfectam expressionem le-

Legis autor  
&

N 2

gem

origo.

gem puta morum, omnium actionum normam. Israël's sane fa-  
ere *ai diaſtinau uqj vopuſtaia*, LIV, 9. 10. II, 2-4. Illum sibi in  
populum assumendo Deus, illius peculiari ratione quoque se Deum  
demonstrare voluit legislatione illustri: morum hæc lex quoque unde  
*למורה תורה* lex Jehovah illustri nempe gloria & majestate populo ap-  
parentis dicitur Vatribus: Vid. XXX, 9. 10. I, 10. &c. Israël'i autem  
modo jam dicto data e monte Sinai per Mosen lex Vatum deinde  
virorumque *הטובות* commentariis fufius legitur explicata, men-  
tem nostram torpore excusso vividius quo feriret Imperatoris sum-  
mi iustum, quemvis ad obedientiam obligans mortis aternæ sub  
comminatione. Vid. XXX, 8. & I, 10. seqq. &c.

Obligatio-  
nis lex est  
universalis

§. 2. Israël'i, non nisi prout erat populus, imaginem divinam  
qui referre debebat, summus noster nomotheta, voluntati cujus,  
omnium utpote supremi Domini, omni sine rationum pondere me-  
rito se submittit rationalis creatura, primum legem morum propo-  
suit, quæ omnes proinde mortales & quidem perpetuo non minus  
obligat ac illos, quibus ea primum data legitur; in omnibus omni-  
no divina siquidem imago refulgere debet. Omnibus officia, lege  
morum quæ dictantur, imperat; vitia vero, eadem quæ referuntur,  
vetat nomotheta semper, I, 10. seqq. V, 1-24. XXIX, 9-  
20. &c. nec enim novas plane leges piis in Novo Testamento Chri-  
stum dedisse est existimandum, eadem quum sit lex Mosis cum le-  
ge Messie, ab eodem rege in uno eodemque regno lata perpetuæ  
obligationis regula. Vid. XXXIII, 13-22. LI, 7. 8. &c.

ad  
obedien-  
tiam,

§. 3. Obedientiam vero morum lege Dominus requirit per-  
fectissimam, nec solum in externis actionibus, verum intimis quo-  
que cordis penetralibus, e LVI, 1. prout liquet, ubi dicit Dominus:  
*Custodie iudicium*, in discretionem veri a falso, boni a malo quod  
versatur, ac *exercete iustitiam* omni ex corde animique intentione;  
iustitiam, rectissime lex mea quam a vobis exigit, ipsi debitam ne-  
gare ut nequeatis. Maxime sunt *beatitudines hominis, qui fecerit hoc*,  
*filiique hominis, qui tenuerit illud*, lege morum quod præcipitur:  
omnimoda nullius sibi mali conscius fruatur felicitate, e XLII, 13.  
ac seqq. LI, 7. 8. LI 6-20. ac in primis LXIV, 4. *Occurristi*, inqui-  
ntentem ibi pii, in lege, voluntatem tuam eadem exponendo, *cum*  
*gaudio recta facienti*, maximaque ei beneficia contulisti: *us*, inquam,

quæ



qui in omnibus actionibus suis tui meminerum : non autem occurrerum favore tuo peccatori , sed potius illum puniturum te simul indicasti.

§. 4. Observatio tamen legis illa summe perfecta hac in vita a nemine quum possit expectari , ad Christum pædagogi instar ducere nos lex , ostenso nempe peccato , pœnasque eo promeritas , debet illi enim legis est complementum *εἰς δικαιοσύνην πρὸς τὴν ἰστέον*. Omnes natos e Deo & fideles , in quibus sincerum modo perfectionis est studium , ad se , iustitia sua consummatissima omnes defectus tegetem in piis , vocat , eosque clementer acceptat Messias , Ll. 7. 8. *Audite me , qui cognoscitis iustitiam , populus , in cuius corde lex mea est : omnes imo , legem Dei qui intelligunt , eique se sponte submitunt , eam amant ac dies noctesque meditantur : neminis ii timeam convicia ; nam mea iustitia & salus manebit in secula.*

§. 5. Summa omnium officiorum sanctitatis Christianæ lege morum nobis in junctorum decem verborum ambitu continetur , quorum tamen fere omnium vestigia in Vate quoque nostro reperire licet. Verbo enim I. verus Dei cultus requiritur , omnis autem idololatria damnatur , vulgo prout notum : Idem videatur in Vate nostro XLII , 8. XLIII , 11. seqq. XLIV , 6. seqq. LVII , 4. seqq. In II. verus divini nominis usus docetur , omnis autem ejusdem abusus rejicitur : Vid. XXXVII , 23. seqq. LIX , 13-15. &c. In III. Sabbati observantia urgetur : Vid. Vatis nostri LVI , 2. LIX , 13. 14. In IV. obedientia erga parentes & superiores mandatur. Vid. III , 1-10. In V. omne prohibetur homicidium : Vid. LIX , 3. uti VI. omne adulterium & omnis omnino impuritas : Vid. V , 11. 12. & 22. LVII , 4-12. ac VII. omne furtum : Vid. V , 8. 9. 10. LIX , 3. in IIX. autem omne falsum testimonium & mendacium : Vid. I. modo c. In IX. & X. omnis inordinata rejicitur concupiscentia , jam alibi de qua diximus. Omnia autem hic uberius explicare , per brevitatem non licet.

§. 6. Omnes omnino leges , Israëlitarum quæ recensentur , non unus generis : nam quædam natura sua sunt immutabiles , quæ homini non possunt non præcipi , quibusve non possunt contraria præcipi : quædam vero immutabiles non sunt natura nec perpetuæ quoque obligationis , ac illæ , quas Deus solum injungit ut Dominus , quibusve sola

rectitudo est obedientia, dicente *Coccejo*; nomine ceremonialis ac forensis Legum vulgo quæ vocitantur. Vtibus tres illæ leges, morum nempe, rituum & fori sapiuscule per *תורה ומשפטים* הורה תורה Philologos innuuntur; unam eandemque rem licet aliquando illis negare non queamus notari.

Lex cere-  
monialis

divina

§ 7. Lex ceremonialis, quam circa ritus statis temporibus ac locis a personis Deo sacratis observandos versari, e *Levitico*, in quo, dicente *Hieronymo*, omnia cœlestia spirant sacramenta, novimus, Deum, summe inviolabilis cujus est majestas, originem sui, æque uti moralis lex, agnoscit, institutoris licet ex arbitrio unice pendeat, non æque autem uti morum lex, natura nitatur. Inde sane etiam est, quod in religionibus, quæ in ritibus versantur, Deo per se nihil fuerit gratum, nihil, in quo propter se voluntas divina acquieverit, e *LII*—*LIV*. prout colligi poterit, ubi dicit Dominus: *Quo mihi multitudo vitularum vestrarum? faves me tenet holocaustorum ex arctibus ac adipis pinguium, nec amo sanguinem juvencorum & agnorum & hædo-rum. Quod venitis, ut comparetis coram me inter Cherubinos habitante; quis hoc a vobis exegit, eo modo ut atria mea impuraretis? Non pergatis offerre munus temerarium: suffusus abominationis est id mihi neomeniam ac sabbato convocare cœtum quod utinet, neque ferre iniquitatem ac maximam solennitatem: neomenias vestras ac festa odit anima mea: sunt mihi summa molestia, ferendo sum defessus.* Vid. quoque *XLIII*, 23. 24. Male proinde inde colligitur, rationem naturalem instituta hæc excogitasse tanquam ad Dei cultum apta satis & idonea conspicuum. Omnes enim leges ritum, e *Levitico* quas haurire & eruere oportet, typi illustres sunt, Messiam ejusque bona futura qui adumbrant: ita etenim tentorii sacri & templi, sacri enim domicilii instar erat utrumque, intimum adytum cœlum supremum, eique propinquiorem locum sanctius Dei regnum innuisse; Sacerdotem Pontificem maximum Jesum Christum, omnia autem sacrificia magnum Christi sacrificium adumbrasse, optime docet *Ortramus* de sacrificiis. Vis rituum a Messia est, prout e *LII*, 13—*f.* & *LIII*. tot. abunde patet, ubi phrasæ quam plurimæ reperiuntur hinc mutuatae ac in eum accommodatae; impleri quoque ac abrogari unde ejus tempore fuit necesse, ex eo etiam quod sine negotio fere poterit colligi, Israël solum quod præscripsit illam

in Messia  
impleta est  
abrogata,

illam legem Deus, nec ab initio statim, sed postquam bis mille jam annos vixerat hominum genus. Vaticinia id quoque docent plurima; nam sic dixit jam in LXVI, 1. 2. 3. 4. Dominus: tempus futuram, quo non templa sibi congestis in altitudinem saxi extruenda, iis ut colatur, pia mens quam sibi optimum templum: tempus imo, quo non oblationibus, multoque sanguine, sed pura mente, bonoque proposito colendum sit summum numen, ac quoque, in 19. 20. 21. l. c. tempus illud, quo omnium sermonum populi ex omni orbis regione non minus quam Israëlita munera Deo sint oblaturi, ac ex ipsis constituendi, qui sint Sacerdotes & Levitæ, soli Aaronis & Levi posteritati vi legis rituum quod conveniebat. Imo in XIX, 19-22. Vates noster altare docet visum iri in Ægypto, in quo non tantum Ægyptii sed Assyrii quoque & Israëlita Deum sint culturi, Omnia hic rerum, quæ in Christo & Christianis existunt, solum umbræ sunt: nova aliquando Messias fecit omnia.

§. 8. Forensis lex, populum Judaicum, populum uti pecu-  
liarem, in Canaan reipublicam habentem, quæ respicit, Deum <sup>forensis,</sup>  
itidem autorem docet omnium sapientissimum: jure naturæ autem  
& æquitate maxime omnium fere quam nitatur, a magistratu Chri-  
stiano vel retineri, vel ejusdem rationis alia ferri potest, docente  
venerando Domino Præside in Theologia Judaica de Lege in Sect. II.  
Tempore enim Messias Judæorum politia quam cessaverit, lex quoque  
hæc, genio ac indoli Judæorum maxime conveniens, est abolita e  
XL, 1. 2. &c. Omnibus etenim locis, quibus de Vocatione gentium  
agitur, id ipsum docetur.

## LOCUS XIX.

DE

## EVANGELIO.

§. 1.

GRATIÆ doctrina novo fœderi juncta a doctrina Moïsis veteri an-  
nexa fœderi omnino licet sit distinguenda, in quotidiana ta-  
men vitæ Christianæ praxi maxima sit utriusque doctrinæ cognatio  
oportet, utraque proinde quoque ut sedulo semper in ecclesia sit  
propinenda, II, 16. 20. & XXX. 27-32.

Differt lex  
ab evange-  
lio, sed pia-  
xi conve-  
niunt.

§. 2. Mes-

Origo  
evangelii,

§. 2. Messia propria est gratia doctrina; plane nempe est evangelica verique solatii plena, (longe secus ac lex Mosaica, obedientiam qua stipulabatur a peccatore mortis sub comminatione maxime severe,) e Messia solum quod provenire jam indubium. Ipse inde, veri utpote doctoris, dicitur תורה doctrina ac lex e Sione exiens & peccatori vitam, Mosis lex e monte Sinai exiens dare quam non poterat, dans, II, 2-4. evangelium; cui, vera utpote ac Deo digna doctrina, iudicium quoque inde ut vocitetur, non solum Israel, sed omnes omnino gentes sint pariturae ejusdem religionis vinculo religatae, XLII, 1-4. LI, 4-8. LII, 7-10. Messias sane est, quem unxit Dominus, latum ut portet nuntium pauperibus ac mansuetis: ille est, quem misit Deus, ut obligaret corde contritos, ac ut proclamaret captivis libertatem, vinculis loripertionem & visum acurum: imo ut predicaret annum eudoniae Domino ac diem ultionis Deo nostro, & consolaretur omnes lugentes; imo ut poneret lugentibus in Sion, eisque daret omne decus & ornamentum pro cinere, oleum gaudis pro luctu, ac spiritum latitiae pro spiritu hebetate, quo vocarentur iure arbores iustitiae, planta Domini in gloriam, i. e. fortunati, e LXI, 1. seqq. Ipse, Hebraei Doctores quod nec iverint inficias, est מְבַשֵּׂר evangelista eximius, omnes ministros, summi instar omnium Domini, immensum antecellens, XLI, 27. LII, 7. doctrinam novam populo ferens, simul tamen antiquissimam atque adeo quoque verissimam, alibi uberius prout jam docuimus, brevibus nobis h. l. adeo ut esse licuerit. Gratia sane foedus etiam ad Israellem pertinuit.

Objectum  
& forma.

§. 3. In quo gratia doctrina consistat, e modo dictis liquabit. Messiam nempe salutisque per illum recuperanda rationem omnem revelat. Ipsa jam vox בשורה ac evangelii haud obscure id innuit, omnis siquidem boni plenitudinis nuntium notare, Philologis est observatum, e LXI. clarius cuivis tamen quod patebit. Omnia enim Messiani praekonii bona & leta dicuntur ibi pauperibus ac mansuetis, terrestribus cedere paratis, corde contritis propter peccata, nec in eo quicquam habentibus, Deo se quod non subiciat lubens, vinculis & captivis diaboli, lugentibus imminutam Dei ob gloriam in Sione: in bona illi omnes fortuna dicuntur futuri, semenque in omnium populorum oculis, cui benedixit Dominus, Messiae verbo. Gratis autem verbum hoc gratiae promittit gratiam & gloriam;

gloriam: nam eo Dominus *audire facit pacem*: omnis generis bona ac inprimis spiritualia quæ complectitur; *imo nuntiat bonum omnium maximum*, *audireque facit salutem æternitatum*, ac dicit *Sioni: regnat Deus tuus*, LII, 7. coll. LI, 4. f. 6. vid. XLI, 17 - 20. LV, 1 - 4. &c.

§. 4. Omnes autem omnino licet ad gentes nationesque gratiæ <sup>Subjacet</sup> verbum seræ Dei ex voluntate spectet, II, 2-4. IX, 1-6. XI, 1-10. &c. non tamen omnes ejus gratiæ, eodem quæ offertur, fiunt participes, ipsorum hominum quod culpa vero fit, blanditiis Dei ad ejus communionem qui non patiuntur se pellici, LIII, 1. coll. Rom. X, 14 - 16. &c. Virtus sane evangelii non est temnenda, ipsam si- <sup>efficitur.</sup> quidem cor purificat sinceram ad pietatem, LV, 10. YI, 12. XL, 8. &c. *Impossibile enim est, docente Luthero e LIV, 13. 14. Vatis nostri, Christianorum humanius edoctum esse: verbum habuerit gratiæ, eique crediderit Dei filius, oportet: ita divinitus erit doctus.*

## LOCUS XX.

DE

## SACRAMENTIS,

§. 1.

**S**igna quasi & sigilla sua quavis sub œconomia placuit fœderi suo <sup>Nominis</sup> cum hominibus appendere Deo Optimo Maximo, quibus jam a signifi- <sup>tus.</sup> catis retro seculis Sacramentorum nomen ecclesia fecit. Illa vero non nude Messiam ejusque beneficia spiritualia præfigurare, verum eadem quoque exhibere & obsequare, non adeo forte inconcinne <sup>prunæ Sacramento,</sup> cum *Varenio* ut loquar, tradi dicitur, docente modo laudato, non abnuente *Luthero* ac quoque *Coccejo*. Illo proinde, (ordinarium quod tamen inque totius ecclesiæ usum datum neutiquam docemus, soli Vati nostro semel solum obtigisse quum legatur VI, 5 - 8. excidium sibi qui augurabatur, oculis suis gloriam Domini quod viderat,) de sacramentis proprie sic dictis ordinariis ac a Deo universæ ecclesiæ datis nobis quæ tenenda erunt, perspicimus.

§. 2. Instituto summi omnium Domini insigniri sacramenta <sup>Autor:</sup> debere prunæ symbolo dilucide adumbratum, nemo sane negabit, Dei ministros juxta coram eo stantes (quorum nempe quidam <sup>prunam</sup>

prunam forcipe ex altari sumtam ori Vatis admovit, atque ea ratione sacramenti mirabilis fuit minister) nil sine imperatoris summi iussu agere cui modo non ignotum: quin imo plenitudinem gratiæ, amicitiazque cum Deo pignus peccatori exhibere & obsignare, auctoritatis non est angelicæ, ne jam dicam humanæ, sed solum divinæ, alibi quod jam monstratum. Instituit autem Deus sacramenta bonitate sua motus, verbo quo edoctus peccator de omnimoda in Messia salute divinarum quoque promissionum symbolum in oculis haberet firmum, duplex nempe fidei firmamentum sibi proponens, auribus oculisque quod pateat; ordinariæ quoque unde per homines actiones circa symbolum sunt præstandæ.

Impulsiva  
causa.

Materialis.

§. 3. Visibile elementum verbo divino expressum, remque spiritualement adumbrans, circaque illud ritum sacrum requiri omnino in sacramento, ostendi prunæ quoque poterit sacramento. In eo enim est ipsa pruna, vel, quod Bocharius mavult, lapis igneus, quo coquere carnesque ad esum assare solent Arabes, ac cuiusmodi in altari fuisse conjicit vir doctus: illud autem, quicquid sit, forcipe per visionem accepit Seraphinorum quidam, remedium cælestis de altari holocausti in Dei conspectu semper flammante rem cælestem ratione arcanâ secum ducens, ex altari, manumque gestavit ac ori propheta admovit, non sine Dei mandato. Verum spectaculum non mutum fuit hoc in sacramento: verbum enim, in omni sacramento quod requiritur, hic quoque pronuntiatur: Ecce, inquit enim Seraphinus, appropinquat hoc ipsum, pruna vel lapis in receptaculis & res cælestis unione maxime miranda ad labia tua impura: igitur nunc auferetur iniquitas tua & peccatum tuum expiabitur, Vir Dei ut sis maneatque: e quibus simul poterit patere, non religionis tantum esse notas, sed organa quoque efficacia excitandæ ac obfignandæ veræ fidei, omnisque gratiæ divinæ offerendæ nobis a Deo, ordinariæ sacramenta.

Formale.

Finis.

§. 4. In Veteri Testamento ordinaria fuere sacramenta duo: circumcisio nempe & pascha: veteris autem Testamenti œconomix ea solum inservire, nec proinde ad Messix dies & seculum extendi debent, umbrarum instar solum quum fuerint, venturum corpus quæ præfigurarent, corpori præfenti autem umbras loco cedere oportuerit. Messix certe dierum aliam faciem, aliam profus

sus œconomiam fore, omnes loquuntur prophetiæ. Veteribus autem cedentibus nova quoque succedere oportuit sacramenta, quæ eisdem non nisi duo sunt; Initiationis & confirmationis.

## LOCUS XXI.

DE

## BAPTISMO.

§. I.

**I**nitiationis sacramentum est baptismus in novo Testamento, jam Origo bap-  
ptismi.  
 In veteri Testamento qui erat apud Judæos receptus, quum in fœderibus  
 Israeliticum recipiebatur gentilis, Israeliticæque ecclesiæ initia-  
 batur. Initiamenti sane inter ritus, quibus justitiæ profelytus fiebat  
 gentilis, illustris quoque erat baptismus, sine quo non magis dari  
 profelytismum, quam sine circumcisione aut sacrificio, ipse tamen  
 solus in profelyto qui sufficere possit, multorum inter Judæos est  
 opinio, e *Seldeno & Lightfoote* prouti in Theol. Judaica docuit *Ven.*  
*Da. Præses.* Initiamenti ritum hunc illustrem retinuit ac illustri-  
 orem reddidit Messias, omnis ecclesiæ novi Testamenti is ut esset sa-  
 cramentum, dum fuit autor: innui quod a Vate nostro haud abs re  
 plurimis censetur in IV, 4. Oeconomia enim N. T. ibi respicitur,  
 ac in ea omnes Messiani vere sancti dicuntur vocandi; omnis au-  
 tem eorum sanctitatis origo ducitur ex eo, quod Messias, Israelita-  
 rum vere *decus & gloria, excellencia & ornamentum, sordes & excre-*  
*menta filiarum Zionis ablucit, omnemve sanguinem Solyriorum per elu-*  
*tionem dispulerit spiritu judicii & incendii,* in *λοῦσῃ* nempe *πανάργυ-*  
*verίας,* e Tit. II, 3-8. & *λοῦσῃ τῆ ὕδατος ἐν ἰησοῦ,* ex Eph. V, 25.  
 26. 27. Ipse Deus baptizat, manu licet hominis baptismus peragatur.

§. 2. Elementum hic adhibendum est aqua pura & natura-  
Materia.  
 lis; illa enim sordes ablui, sanguinesque dispelli plerumque moris  
 est. Innuitur res hæc baptismi terrena clarius in XII, 3. Vatis no-  
 stri, N. T. ecclesiæ quum dicit: *Vere haurietis aquas cum gaudio e*  
*fontibus salutis, e fontibus,* inquam, *jesu* omnium Domini: origi-  
 nem inde enim forsan traxit ritus ille solemnis in Tabernaculorum  
 festo olim Israeli receptus, in quo aliquid sane ritui baptismi respon-  
 dens cernere licet. Destinarunt etenim locus certum modo di-

Et in festo omnimoda lætitiæ, quæ fieri consueverat propter aquam libaminis, quæ hauriebatur in domo, quæ בית השואבה dicebatur, isthoc festo, ac Spiritus Sancti erat symbolum, Israelitæ, docente e *Talmude Buxtorfio* in Lexico Chald. Thalm. & Rabb. In baptismo etenim Christi cum aqua est quoque Spiritus Sanctus, quem sub aquarum emblemate in scripturis proponi vulgo notum e XLIV, 3. 4. Is *spiritus ardoris* dicitur ac *judicii* IV, 4. coll. Matth. III, 5. 6. 11. 12. ac Act. 11, 38. 1. Pet. III, 21. Vis sane Spiritus Sancti plane ignea & efficacissima, a peccatis corda purgans quoque Messia merito in baptismo; symbolice notari etiam quod dicitur VI, 6-8. Inde ergo corpora nostra proprie aquæ immergi vel ea aspergi, rite enim peragitur baptismus non solum per immersionem, verum etiam asperionem e XLIV, 3. 4. LII, ult. in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, prout e N. T. planum est, non est absurdum.

Forma.

Objectum.

§. 3. Impertendus est baptismus Dei e voluntate ac instituto omnibus omnino mortalibus nomen suum religioni Christianæ dantibus, nec solum adultis fidelibus, verum quoque eorum parvulis; omnes enim illi fordium ablutione non egent tantum, sed etiam abluuntur & eluuntur a Messia, qui *בית חן* *fedus populi* adeoque etiam infantum est & dicitur Vatribus, in baptismo, e IV, 4. Omnibus illis hauriri aquas e fontibus Servatoris omnibus patetibus dixit Vates in XII, 3. Infantibus autem gratiæ & salutis promissiones maximæ uti parentibus expresse quoque legantur datæ in XLIX, 22. 23. ac LX, 4. non erit negandum eos quoque recte baptismo signari. Illo etenim vere omnes regeneramur, ac novi homines, velut infans e nova matre, renascimur, profelyti baptismo olim a Judæis quod tribuebatur, in quo parvulos plerumque cum parentibus quoque baptizatos, a Doctoribus notatur. Diserte hoc innuit Deus, quando aquam & Spiritum suum super semen Israelis & ortos vel prognatos ex eo, effusurum se promisit, XLIV, 3. Vera vivaque fides in baptismo excitatur & ob signatur, ac ejus virtute quoque angetur in nobis, vere filii Dei quo simus & vocemur, e IV, 2-4. coll. XII, 3-6. Non tamen ex opere operato justificat baptismus, ut perperam colligere cupit *Bellarminus* e I, 16. cum præcise hic non agatur de Baptismo, & opus operatum sit figmentum Pontificium, dudum explosum. Omni studio ergo omnes contendamus,

Dei



Dei fœderati semper ut simus, peccatisve a Deo averſi ejus in amicitiam redeamus, incorruptum e parte Dei fœdus Dei nobiscum in baptismo initum quum perſtet æternum, e LIV, 9. 10.

## LOCUS XXII.

DE

## SACRA COENA.

§. I.

**A**lterum in Novo Testamento sacramentum, initiati quo in *Origo* baptismo ac vita spiritali in eo donati nutriuntur, ad vitam gloriæ donec evēhantur, est Sacra Domini cœna, in veteri jam Testamento cui respondebat pascha, cui successit, cujusve plurimos cum loquendi modos tum ritus a priscis Israelitis usurpatos retinuit quoque in augustissima sacratissimi hujus epuli institutione Messias, a Viris Doctis prouti observatum est. Vid. Dn. Præses l. jam c. Instituit autem lautissimæ cœnæ sacramentum Messias nocte qua proditus est ac ad mortem pro nobis se paravit, ejus unde ad præscriptum a nobis celebrari debet. Id non adeo absurde forsan etui poterit e XXV, 6. ubi per *convivium* Messias beneficiæ ac incredibiles cœli delitiæ adumbrantur ac promittuntur, ipsi inter Judæos doctiores diserte prouti docent: illud vero convivium maximo cum apparatu dicitur celebratus *Dominus Deus exercituum*, involucrium omnibus populis inductum ac operimentum omnibus populis oppansum removens ac mortem absorbens, omnium lacrymas abstergens ac populi sui opprobrium removens, e v. 7. §. quem vero non nisi Messiam esse, est extra dubium, ex Apoc. VII, ult. Vid. Matth. XXIII, 2-14. ubi ipse Messias respicere videtur ad h. l. Vere inter Messias beneficiæ, omnis quibus egestas expletur, non minimum est Sacra Domini cœna, LV, 1-4.

§. 2. Sacra hæc Domini cœna rebus constat duabus: re *Materiam* nempe terrena & cœlesti. Terrena panis verus ac vinum verum: nam hæc ea sunt symbola, in epulo hoc sacro quibus fruimur: cœlestis autem verum corpus ac verus sanguis Christi, quæ symbolis vere unita epulum sanctissimum demum constituunt. Illud *rerum pinguium convivio, imo vini facum convivio, pinguedinum*, inquam, *medulla*.

*medullarum & facum expurgatarum*, vini puta facibus expurgati longe rectius notari dicetur, ac solemne illud ac lautum convivium, in cerebro Judæorum e l. c. ortum, illud nempe, aliquando Messias maximo cum apparatu lætitiæque quod celebraturus est, omnes Israelitæ ad quod vocandi ex omni orbis regione, omnis generis animantibus ac fructibus, vinoque in Adami cella in illud tempus servato quo fruituri sunt hilares Abrahamæ posteritatis: ipsorum enim Judæorum doctiores merito pudet fabellæ, docente Dn. Præfide loc. cit.

Forma. Omnia hic mystica sunt & spiritualia, uti & LV, 1 — 4. verbo institutionis accedente demum sacramenta.

Obj. Num. §. 3. Omnes omnino mysteriorum sacrorum cognitione imbuti ac ecclesiæ per baptismum initiati epulas adire possunt lautas: ne vero indigni Domino conviviæ reperiantur, se explorare norint oportet, veræ nam fidei documenta in semet ipsis deprehendant ipsi: ita enim epulas has adentes crescent & roborabuntur vita gratiæ, aliquando ad vitam gloriæ donec promoveantur, æternum cum Christo futuri, ejusque laudes cantaturi, c. XXV, 6 — 8. LV, 1 — 4. quod poterit colligi. Omnibus etenim quidem gentibus paravit Deus illud convivium & omnes quoque ad ejus communionem vocat, XXV, 6. coll. Matth. XXII, 2. seqq. sed non nisi *servi Dei* fideles admittuntur & fruuntur cœlesti epulo, LXV, 13 — 16.

## LOCUS XXIII.

DE

## PRÆDESTINATIONE.

§. I.

**I**nepte rationis decempeða Dei de omnimoda mortalium salute æternum decretum metiretur mortalis, e revelatione divina omnis ejusdem ratio unice vere quum hauriatur: nam in ea ordo, quem Deus servat in reparatione hominis, omnium clarissime explicatur, qui vero decreti Dei æterni optimus index est, quum qua ratione Deus mortales in tempore servet, ea quoque ab æterno illos servare decreverit. Intuentes autem prædestinationis decreti executionem tempore factam, ab æterno decrevisse Deum perspiciemus, lapsis, imaginæ sui siquidem novit ab æterno primævos homines non perituros,

fituros, dare mediatorem, omnium bono & loco Dei iustitiæ qui satisfaceret, in quem tamen vere omnes quo crederent omnibus eundem etiam verbi sui præconio offerre, eoque regenerare, iustificare ac magis magisque renovare, omnigenaque salute beate sibi obicem non ponentes. Intuitu itaque mediatoris ac in eum veræ fidei factum decretum, alias prædestinationis nomine quod venire solet, decretum puta de impertienda ad vitæ finem in fide perseverantibus salute æternitatum, LXV, 13-16. *Inscriptio ad vitas in Solyimis, ad vitas æternitatis e Chaldeo, dicitur Vati in IV, 3. Omnes enim ἡγιασμένοι ἐν Χριστῷ ac vitæ gloriæ hæredesibi sunt.*

§. 2. Omnium autem creaturarum Dominus nos elegit ad impulsivam vitas mera e bonitate per & propter Christi meritum: nihil enim boni in homine prævidit, electioni quod præstrueretur, originem sui sibi quod non deberet. Omnino sane Messia debemus ac benignissimæ Dei simul misericordiæ, peccatores quod salvemur ac proinde quoque ad vitas inscribamur Dei catalogo, imo *οὐδὲ γένωνται οὐρανῶν* jam simus designati Vitæ hæredes, e l. modo c. Christo *ἀπὸ* jure filii, e IIX, 18. &c. nam *per eum* omnis Dei *delectatio* prospere peragetur, e LIII, 10. Intuitus vero fidei, qua sine meritum Christi nemini prodest, omnino immutabili Dei decreto est includendus, docente Scriptura in IV, 2. 3. 4. LXV, 13-16. nam fide in Christo sumus. Ipsa imo Israelis in peculium Dei electio, quæ typi instar est cujusdam illius, quæ inscriptio dicitur ad vitas, non citra omnem respectum in mente Dei ad hominis dispositionem est facta, XLI, 8-10. XLIV, 1-5. Qui poterant ferre fructus ac noluerunt, reprobantur, V, 4-6. in fide permanentibus, etiam prius rerum in natura quam existunt, ab iis separatis hæredibus Dei ac cohæredibus Christi, LXV, 13-16. *Israelis quoque reliquia revertentur solum ad Deum: nam consummatio in judicio divino decisæ eructat iustitiam, a Messia quam abundanter acceptuti Israelitæ: ita enim est consummatum ac præcisum Dei decreto, X, 21-23. coll. VI, ult. m. 2.*

§. 3. Objectum decreti hujus prædestinationis sunt quidem Objectum, mortales, verum non omnes sed ii solum, quos ab æterno Deus est intuitus, uti non repudiuros gratiam suam & gratiæ gradus, *servi Domini*, e LXV, 13-16. Omnimoda ii in Domino Jesu felicitate Finis. vivent Dei laudes celebrantes ac in sancto Domini gustantes salutem Domini e l. c. perpetuo.

§. 4. Vi

Opposi-  
tum est  
reprobatio.

§. 4. Vi tamen justitiæ suæ, qua indignum non punire peccata in ipsis illis, qui malitiose tractui divino reluctarentur, nec Messiam omnium redemptorem vera fide colerent, Deus, ipsa alias bonitas, reprobat impios peccatores, Diaboli per omnem vitam mancipia, rejectionis Israelis exemplo temporariæ, II, 5-9. VI, 9-sin. X, 21-23. prouti poterit patere. Vid. LXV, 13-16.

## LOCUS XXIV.

DE

## ECCLESIA.

§. 1.

Ecclesia  
natura.

Vera & viva fide cum Christo capite suo unitorum ac ab eo virium spiritualium influxum large recipientium, æque uti malignorum & Diabolo in mancipia justè addictorum datur cœtus, Vati nostro qui sponsæ Christi nomine venit LXII, 4. 5. Ille solus sponsus ac summus Dominus est ecclesiæ: in ea qui regunt, qui docent nihil sunt nisi juvenes, sponsa cultores, qui tamen, si voluerint esse viri & capita ecclesiæ, sunt mochi, ac multitudo qua eos recipit, est meretrix Domino, prout ait Coccejus. In regno enim Dei non datur rex aut doctor nisi Deus & Christus, verus cum Patre, qui in ipso regnat, ac Spiritu, per quem regnat, Deus: Is omnibus est quærendus, II, 2-4. XXI, 11. 12. &c. Invenitur autem in vere sanctorum cœtu, monte Domini ac domo Dei Jacobi, e. l. c. Omnium enim splendet in oculis fulgore suo e præsentia Domini illustris ecclesia a satanæ synagoga distincta, nec unquam poterit profus occultari, e II, 2-4. Vid. I, 21. 24-28. Vineæ est optimi vini, egregiæ in Deum fidei fructus ferens, e XXVII, 2. instar Sionis, olim quo Deus templum ac sedem habuit, cujus cives omnes ad Deum accedentes fiunt, I, 27. 28. &c. Omnes unum corpus cum sanctis sunt in ecclesia, intimam ob communionem Christi capitis & regis.

Autor:

§. 2. Ipse Deus ergo rupes est, in qua fundatur Sion cælestis, nulla vi ut possit subrui aut everti, XXVI, 4. 5. 6. ipse eam fundat, XIV, ult. XXIX, 16. &c. Vineæ is Dominus, XXVII, 2-6. eamque semper vegetat, fovet & gubernat. Is sponsæ sponsus & maritus LXII, 4. 5. LIV, 1-8. eamque nunquam deseret, regna potius impietatis

pietatis propter eam everfurus; Vid. IV, 2-6. &c. Is motus gratia sua gloriofa, a Dei & Chrifti ejus communionem excludos ad communionem omnium bonorum in Chrifto nos vocat, propter Chriftum, LV, 1-4. coll. LIV, 14. &c. Inde dicit quoque Vates nofter: *Vide cum gaudio Sionem, civitatem folemnitalis noftre, in qua Deus rex eft, in qua vocem ejus audiunt, ac coram eo fedent, eique praefto funt omnes ad mutuam inter fe communionem vocati: oculi tui mentis videbunt Solymas Spirituales manfionem tranquillam, tentorium aeternum. Vere enim ibi magnificus eft & erit Dominus nobis: ille judex nofter, legislator nofter, rex nofter: ille fervabunt nos: XXXIII, 20-24. Vid. etiam vers. 5. 6. & XXXV, 6-10. XLI, 2-4. XLIV, 2-4. XLV, 14. LI, 1-6. LII, 11. 12. LX. &c.*

§. 3. In fpiritali autem hac civitate illuftri vere folum funt Materie credentes & fancti: *ibi erit agger & via, ac vocabitur via fanctitatis* reque ipfa erit: *non tranfibit per viam hanc exaggeratam impuritas* peccati contaminatus, nondum regeneritus: *œconomia Dei enim non patitur, vitii & fccleribus fe quisquam ut polluat: via erit iftorum, quorum oculi aperti, aures patefactæ, qui faliant inftar cervi & edunt cantica in voce jubili. Via illa qui jam gradientur aeterna ftultii, nihil de Deo & Melfia alias qui noverunt, non errabunt: verbum enim Dei ac promiffiones in Chrifto datæ omnibus funt notoria, XXXV, 5-8. Vid. quoque II, 2-4. LII, 1. 2. 11. 12. ac XXX, 18-22. &c. Omnes peccato natura mortui fpiritus vivunt in unione cum Chrifto fuaviffima per veram ac vivam fidem, e modo notatis, coll. XI, 5-10. LI, 1-4. LVI, 1-7. LXI, 10. 11. &c. Ita vero e tempore itur in ævum, impedire quod non poterit omnis inferorum turba, XXXV, 9. 10. LI, 10. 11. &c. nam femper Deum in fanctis fuis oportet glorificari, XII, 6. Omnis dicit: *Jehova fum ego; ille nomine Jacobi fe nuncupabit: ifte manu fua in manu fcribet: Jehova fum; Imperatoris nomen olim enim milites in manu habebant fcriptum Grotio: is nomine Ifraelis veri fe vocabitur, XLIV, 5.**

Forma

Finis

§. 4. Vere fanctorum autem congregatio folum una eft: Aff: & io- nes. In ea enim quum unus folum maritus & fponfus, Dominus & Deus nofter, una quoque folum elle poterit fponfa, LIV, 1-8. In ea omnes quum funt *beodidantur*, omnes quoque fide & fpiritu iidem funt, pacemque inter fe colunt perpetuam, e l. c. 11-14. *Sanctæ quoque*

P

ca

ea est: in omnibus ejusdem membris enim Dei omnium sanctissimi sanctitas coruscet, LX, 20. 21. LXI, 10. 11. &c. Imo sunt *sacerdotes Domini ac ministri Dei nostri*, e LXI, 1-6. Denique quoque est *catholica ecclesia* ratione non solum doctrinæ, verum quoque temporum: omnes enim vere credentes eunt ad Dominum, ac ex eo hauriunt doctrinam salutis, LVI, 7. 8. LX. perpetuo, nec enim perire poterit vere credentium cœtus, semper in eo quum sit Dominus gratiæ suæ divitiis, LIV, 1-10. LXV, 13. seqq. &c.

## LOCUS XXV.

DE

## MINISTERIO ECCLESIASTICO.

Omnes equidem fideles licet Novi Testamenti sint sacerdotes & ministri, docendique adeo potestas totius sit ecclesiæ, omnis ut Christianus, occasionem ubi habuerit, doctrina salutis destitutos vel errantes docere debeat, LXI, 4-6. &c. ordine tamen doctrinæ datur in ecclesiâ discrimen, certis proinde ut personis e promiscua fidelium turba lectis munera sacra publice obeunda demandari oporteat. Officium peculiare in Sione datur *evangelizantium*, regnum gratiæ *predicantium ac speculatorum*, LII, 7. 8. Vid. XXXV, 3. 4. XL, 9. 10. illudque æque ac in Veteri Testamento a Deo datur. Ipse vocat & constituit ecclesiæ, quæ sub imagine matrisfamilias virgines, matri quæ ministrant, magno numero habentis, pulvere proponitur, ministros, XXXV, 3. 4. XL, 9. 10. &c. Ipse, quos missurus & separaturus munus ad obeundum sacrum, ecclesiæ promittit, LII, 7. 8. ac XLI, 27. *Ipsis Solyimis*, inquit ibi enim, *dabo evangelistam* eximium, Messiam, verbi sui nuntios toto qui constituet orbe. Vid. XL, 1-8. Illis autem Dei ministris potestas est & officium *predicandi evangelium, pacem, bonum, salutem, regnum* Messiæ, regnum gratiæ, eique quæ inserviunt, LII, 7. 8. Illi enim inservit lex, quæ in ecclesiâ est proponenda, manu terroribus suis quo ducat ad Christum, qui ex omnibus terroribus liberat, vitamque totam Christianam dirigit. Iis vero etiam data est potestas & officium rite administrandi fœderis divini cum hominibus signa & sigilla, sacramen-

Autor.

Officium.

DE MINISTERIO ECCLESIASTICO. IIS

sacramenta, ac peccata retinendi & remittendi. In regno enim Messia: principes quod spectat, principatum in gerent ad iudicium spiritualem, XXXII, 1-8. Vid. XXXV, 3. 4. &c. Omnibus autem omnino nullo gentis discrimine ministrare debent, XXXII, ult. veri evangelii ministri, illud quo crescat & alatur, peccatores autem ad salutem perducantur, pacem cum Deo & bonam conscientiam habentes ac omnis boni aeterni haeredes, LII, 7. 8. Vid. XXXV, 5-10. Obtinere enim id voluit autor ministerii, virtute divina cui semper adest indefinenter ab ipso excitatus, donec statuatur Solymas laudem & gloriam in terra, LXII. Insuper id qui habent jure redarguuntur a Vate nostro in LVI, 10. III, 12. &c.

Obj: Aum.

Finis.

LOCUS XXVI.

DE

MAGISTRATU POLITICO.

IN regno Christi locum quoque potest habere imperandi summa potestas in rebus ad hujus vitae usus spectantibus, imò inferior etiam magistratus: nec enim abolet evangelium politias. Omnem animam potestatibus, modo sint *ἐκ θεοῦ*, esse subjectam oportere, olim non solum fuit, verum nunc quoque in evangelio est Dei voluntas: nam a Deo est, Deique ordinatio omnis summa potestas ac magistratus, quamvis ab impio teneatur. Is etenim est, majestatem qui dat pio magistratui ac potestati, ac alieno quoque a pietate Christiana, non sine cura populi sibi servientis vel repugnantis. Illi proinde populo, sibi equidem qui restiterat, ad originem sui autem rediturus erat, dicit in I, 26. *Ipse restituum iudices tuos, primitus mi fuerit, ac consiliarios tuos, in ius mi fuerit*, pios loco impiorum, e coll. v. 23. Omnes itaque Deo debent majestatem suam ac dignitatem, uncti Dei utpote qui sunt, singulariter nempe a Deo consecrati non minus quam si more regum Israelis per prophetam uncti essent: nam exemplo Cyri id poterit patere, qui rex Persarum ac lux magna fuit, regiam potestatem a Deo accepit, mundi opificem Deum quum nondum norat, eamque retinuit illum ex He-

Autor.

brâis quum didicerat, *Xenophon* prout testatur; in eaque omnimodam illi felicitatem præstitit *Deus*, XLIV, ult. XLV, 1-6. Is quoque est, qui removet reges & principes, eorumque evertit solia, III, 1-8.

**Officium.** Variatur vero potestas circa ea omnia, ecclesiæ salus a quibus pendet ac reipublica. Optime voce *pastoris*, cujus est ovium suarum habere curam, munia veri magistratus exprimuntur, XLIV, ult. Verus enim populorum sibi parentium sit altor, non arbitrio, verum rationum momentis, legum & verbi Dei auctoritate regat rempublicam oportet; *nutrices* ecclesiæ sint, necesse est, omnes, XLIX, 22. 23. Obedientes Deo ac amatores legis ipsius esse debent enim, suis qui præesse voluerint: ita judicia recte poterunt exercere ac jure supplicia constituere, & ab hostium insidiis tutos dare suos. Imperia vero regno Christi omni ratione quæ non infervunt magnis motibus tolluntur, in primis peccando Imperatori se si junxerit populus, alias nulla vi quum possint everti, I, 21-26. Vid. III, 1-8. X, 1-4. &c. Omnes utinam ergo essent Christiani & Christiane viverent: nulla tum forent bella: ex parte sua eam ad rem *Deus* nil est passurus desiderari, prout ait alicubi *Grotius*.

## LOCUS XXVII.

DE

## STATU DOMESTICO.

**In** *Oeconomia* datur **O** Economicus status, qui societatem conjugalem, paternam & herilem ambitu suo complectitur, ordinis ecclesiastici & politici quoddam est seminarium. Obtinet primum locum societatis conjugalis, quam reliquis sternere fundamentum neminem arbitror negaturum. Instituisse eam *Deum* ipsum, quem cum propensione quadam ad eam primævos creasse docuit *Moses*, eo poterit e *Vate* nostro constare, ipsemet *Vir Dei* sibi uxorem quod sumserit, idve, dicere enim nil prohibet, mandato divino, Dei mandata perfectissime ut peragerentur ei cum maxima semper fuerit cura, egerit, docente *Schmidio*. Vid. IIX, 3. 4. modoque dictus *Autor*. In matrimonium vero duos solum, marem unum & unam feminam fide sibi se invicem obstringentes, non autem plures



plures mares & unam fœminam, vel plures fœminas & unum marem, jam olim Judæis quod videbatur, e IV, 1. prouti poterit patere, institutio Dei primæva procreationis liberorum & mutui auxilii causa, e l. c. quod quoque colligas, conjunxit, pari jure, adulter adeo ut habeatur quisquis compagem corporis in diversa distinxerit, hic quoque pudor quum sit inspiciendus: ac ea ratione institutio Dei quod conjunxerit, a nemine separari unquam par, inspicienti IIX, 3. 4. omne quod erit clarum. Vates enim ibi sibi ducit uxorem, virginem dixeris prophetiæ dono claram cum *Grotio* vel minus, parum interest, non sane contra leges & mores, verum pios prouti decet conjuges; institutionem Dei in omnibus quum respiciebat: cum ea cohabitavit ac liberis cum ea procreandis operam dedit, nec eam forte dimisit unquam, id quum non legatur, vere autem non ob rem nihili. Officia conjugum hinc cuius patefcent, eaut multis docere non sit opus, nec quoque liceat. Ordinatio Dei quoque est societas paterna inter generantes & generatam prolem, uti & herilis commercio inita inter Dominum & servum. In Dei autem gloriam, omnisque societatis salutem omnia cuius societati sunt peragenda. Inserviant enim omnes regno Christi oportet, ejus quo cives reddantur, non autem tollantur.

paterna  
&  
dominica  
societas.

## LOCUS XXIIII.

DE

## MORTE.

§. 1.

**O**Mnes omnino homines in Adamo, omnium posterorum personam quem sustinuisse novimus, quum peccarint, omni quoque jure post peccatum & propter peccatum a Domino majestatis suæ violationem justè vindicante morti traditi sunt omnigenæ omnes: non solum enim mors corporalis, qua de jam nobis erit sermo, verum quoque spiritualis, animæ nempe a Deo separatio, quam mors aliquando sequetur æterna, peccati est sequela. Mortem autem corporis nemo evadit peccatorum: nam in LI, 6. ait Dominus; omnia peribunt: *omnes inhabitatores terra morientur* כָּל בְּנֵי אָדָם יָמוּתוּ.

Mortis  
causæ.

Subjectum.

tanquam pediculus, prout *Lud. de Dieu* vult, vel simplicius, *ut sic*, pilus ut vel fibecus innueretur; inciperet enim Deus ea ratione tanquam mortis exemplum pronuntiaturus, sed id reticens per *dāg.* vel ostensionem, quæ gestu fit, mortem innueret ac intercessionem subitam, docente *Coccejo*. Omnibus est commune in XXXIIX, 1. Ezechix quod dicitur: *Morieris & non vives*. Vid. XL. 6. 7. 8. coll. Jac. I, 10. II. 12.

Formalis  
ratio.

§. 2. Mors autem corporis vitæ animalis est privatio, anima ad secessum a corpore jam inhabili quum adigitur per dispositionem ejus pravam, corpori ad peccatum vergenti quæ jam naturalis est; XXXIIX, 10-12. Oriatur vero quum e dissolutione animæ & corporis, utriusque post mortem status erit videndus cum loco. Innuitur autem ille mortuorum status & locus perspicue cum quoad cadaver, tum quoad animam, nobis equidem incognitus, Deo autem notus, nomine *h̄w* l. c. ipsis in quo vel bene vel male est: *imo regnum & portæ illi tribuuntur*, ad docendum, *in co statu manere, quasi intra portas suas omnes ad resurrectionem usque mortuorum*, juxta *Coccejum* ad l. c. non enim morte penitus mortales dissolvi, ita ut plane nihil sint, est sentiendum: corpus etenim anima destitutum ex terra olim formatum redit in terram, mens autem a corpore soluta originem sui præstantiorem agnoscens, non dissolvitur in auræ particulas, vel interit, sed vere superstes ad Deum abit, qui illam homini dederat, nec ibi premitur somno, sed vivens cogitat, (ea quum, quæ cogitare nequit, anima ne quidem pro anima sit habenda,) Deique vel fruitur beata communionem, vel conscientix verme torquetur; nam *salus Domini* in relatione ad mortales *erit in æternum, ac justitia ejus eadem relatione non conteretur*, e LI, 6. eos quoque, qui salvandi, in æternum esse, clare quod arguit, uti eos quoque, morte qui exeruciandi aeterna, alibi prout docetur. Vid. XL, 6-8.

Status ani-  
mæ & cor-  
poris post  
mortem.

Finis & ef-  
fectus in  
piis

§. 3. Mortis potestas, quæ propter peccatum est in omnes, in omnes quoque exercetur, pios & impios. Vitæ autem futuræ longeque melioris ea, qua morti obnoxii vivimus, natalis & illustre exordium piis est mors e Dei favore, XXV, 8. e generatione sua quum perennes ac ad majores suos collecti, *ne videant malum, occi- dant in pace omnimoda ac aeterna, requiescant in cubilibus suis*, suo omnino

omnino tempore resurrecturi, in LVII, 1. 2. Vati nostro ac per eum veteribus non obscure, prouti est revelatum, probare adeo ut nequeamus illud Grotii: *vitam meliorem minus clare nec aperte revelatam ante Messie tempus, cui rerum obscurarum patefactio reservata*; dare licet ei possimus, nondum adeo plane & plene, prouti nempe in Novo Testamento, eam revelatam. Mors autem, in primis immatura, gravis quod visa fuerit piis veteribus, e XXXIIX, 1-8. quod clarum, in causa est, quod *non poterant non vitam legis considerare, quum nondum Christus ut prodromus intrasset in celeste sanetuarium, ac terra & vita in ea longeva fidelibus in pignus esset promissa, docente Coccejo. Vid. l. c. 13-16.* Nonne vero etiam potuit tenere pios in hac vita desiderium Deum amplius cognoscendi ac videndi ipsius gratiam & veritatem, imo desiderium Deo & ecclesie servienti, abundantio remque justitie mensuram obtinendi, ad vitam melioris ignorantiam cum Grotio, vel aditus in celum, qui nondum patuerit, in regione mortis & terrae oblivionis redemptoris adventus quum fuerit expectandus, inficiationem cum Forerio hinc ut statim recurrendum? Impiis tamen est & manet vindictae Dei de peccato & impiis. summo cum dolore intima experientia, omniumque cruciatuum initium. Omnes omnino hac in vita proinde Deo placere Deoque frui studeamus; nam *infernus Domini fidem non predicat, nec mors celebrat: in foveam descendentes veritatem Domini non respiciem*, fortique animo excipient, XXXIIX, 18. Inveniamur ut iusti, omnes contendamus, LVII, 1. 2. &c.

## LOCUS XXIX.

DE

## RESURRECTIONE MORTUORUM.

§. I.

Vivunt quidem mentes humanae post mortem corporis vere suscipiuntur, ratio quoque quod persuadet, eidem tamen aliquando reunitae perfectissima demum beatitudine fruuntur, vel horribili damnationis iudicio traduntur. Illud enim quod per mortem lapsum est vivet, reviviscet ac resurget, luculenter divina prouti docent oracula, quibus nulla hic repugnat ratio: *Vivem, Messias enim,* Datur resurrectio. Quid sit?

enim, populo ad querimonias de vita ærumnosa honorum, violentia malorum oppressorum, responsurus, XXVI, 19. m. i. ait, *reviviscem mortui tui*, vera quotquot in Deum fide Domini accertitione e viventium terra evocati, ac propter me *cadaver facti & crudeliter trucidati resurgent*. Vere enim resurrectio mortuorum fiducia dicitur Christianorum *Tertulliano*, qua labente regnat apud profanos Atheismus irrefutabilis. I. Cor. XV, 32. coll. XXII, 13. LVI, 12.

Causa efficiens.

§. 2. Is qui mortuos vivificat solus est Deus, *cujus manus excelsa*, eam ut quum videant inimici populi Dei peculiari *boni malive evenit*; XXVI, 11, 12. Is enim est, quem nomine ecclesiæ compellat *Vates*, 13 - 18. ac eidem qui respondet, *Vivent*, inquit, *resurgent* per mortem e vita migrantes ac *tui quidem*; *expergiscimini e somno mortis ac cantate ob liberationem vestram, pulverem qui inhabitatis*, quia uti *ros aurora vel herbarum ros tuus*: virtute sanguinis agni, vocis benedicti vel illius *ευλογίας πνευματικῆς ἐν τοῖς ἰσχυραῖς* sementis vilis vita nova donabitur, illud ipsum ut antea quod sine virore jacebat corpus marcidum pulcerrime de terra efflorescat & progerminet, docente *Varenio*. Illud ipsum Ezechiam innuere in XXXIIX, 16. eidem placet: *O Domine Messias*, inquit enim ibi ille, *per hæc* (promissa sc. & facta tua) *viventi aliquando* (mortui:) *ac in omnibus illis est vita spiritus mei*, proindeque etiam, *postquam me in mortem tradideris vivificando me facies obdormire & alios*. Ita demum enim regnum Messie nobiscum erit æternum, in IX, s. 6. uti piis est promissum.

Omnnes resurrecturi.

§. 3. Omnes autem omnino resurgent mortui ac in iis justi ad vitam æternam, e modo notatis cuiusvis quod jam patefcet: improbi vero ad opprobria: nam *mortui non reviviscem nec impi Tyranni resurgent in priori resurrectione*, nec nisi vi justitiae divinæ peccata, infinita quibus ferme inest malitia, punientis, XXXVI. 14. docente *Cassatione*, resuscitabuntur. *Impios mortuos projiciet*, uti abortivum mulier, *terra*, cui quippe molestum eos diutius in sinu suo continere v. 19. pœnam quo promeritam recipiant, LXVI, ult. Omnibus vero omnino eadem erunt corpora, in hac vita quæ per mortem lapsa sunt; immutanda licet sint quoad qualitates in resurrectione: Dei enim id exigit justitia.

Meritoria quoad improbos.

§. 4. Ipsæ

§. 4. Ipsi vero pii Solymorum bonum videbunt, eorum-  
 que cor letabitur: ossa eorum, quibus *μελωμυκῶς* innui corpora Finis &  
 docet nos Chaldaei, quasi herba florebunt, in resurrectione mot- effectus.  
 tuorum: ea demum cognoscetur manus Domini erga servos suos,  
 potens nempe & benigna ad servandos ac ornandos, quos a-  
 mat, iraque erga hostes suos, dicit Dominus LXVI, 14. Tem-  
 pus vero & locum Deo tutissime committimus: *I popule mi, di-*  
*cit Messias XXVI, 20. intra in cubacula tua ac claudere ostium post*  
*te tuum, contine te parvo modo momento, donec transeat excandescen-*  
*tia Domini in malos hac in terra; refrigerii expecta tempus.*

## LOCUS XXX.

DE

## JUDICIO EXTREMO.

§. 1.

**M**ortuorum corpora reformantur e terræ pulvere, iive a-  
 a Domina illorum reunitur, vel vita vel mors aeterna eis quo-  
 a Domino addicatur. Hoc in insigni illo & maximo iudicio, *Existentia.*  
 omnes homines in orbe terrarum quod manet, esse futurum, e  
 Scripturis est evidens. Illius autem praeludia quasi ac primordia  
 sunt iudicia Dei particularia, plurima quæ plurimis gentibus a  
 Vate nostro intimantur, XIII—XXIV. XXIX—XXXIV. &c.  
 in quibus iudicium universale simul memorari vel per modum  
 argumenti inculcari, a que Spiritu Sancto semper intendi velut  
 antitypum, recte docet *Varenius*, cui quoque, in prophetiis plu-  
 rimis ultimum restare complementum in die iræ & *divino scripturas*  
*θεῶν*, sive *ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ* spectandum, dubium est nullum in  
 Comment. ad Vatis nostri XXXIV. Omnes enim habitantes in *Judex.*  
 terra iudicabit Dominus cum in hoc seculo tum quoque ac præ-  
 cipue quidem in extremo iudicio. *Ecce egreditur Dominus de*  
*loco suo*, (quem loquendi morem esse ad exprimenda Dei iudicia  
 Scripturæ observat docte *Grotius*,) omnium sanctorum choro sti-  
 patus ad animadvertendam iniquitatem inhabitantis terra in *enim, ac*  
*reteget*

reveget terra sanguinem suum, nec operire amplius poterit impios factos suos, cadaver factos ob Christi nomen, vitæ hæredes; XXVI, ult. Vid. quoque de Victoria Christi de principatibus infernalibus, imo omnibus XXVII, 1. & XXV, 8. &c. Indignatur Dominus cum inimicis suis hoc in seculo, nam en! indignationis illius quod maximum est argumentum ac ultimum complementum, in igne veniet Jehovah ac uti turbo quadriga ejus: imo in igne veniet Jehovah, non solum supremus judex, verum quoque justissimus ac velut ab ipsis hostibus dijudicandus, a piis judicio approbationis ac gloria honorandus; ea enim ratione ab eo judicabitur, ejusve etiam gladio omni carni coram tribunali, in quo prærens est, ferretur sententia, Varenio arguente ad LXVI, 14-16.

Objectum. §. 2. Omnes vero omnino mortales cum pios tum impios coram Messæ tribunali comparere oportet, omnia eorum cogitata, dicta & facta in lucem quo producantur, ac secundum ea illi judicentur; ac quidem in judicio solemnii pii in justitia Messæ & rectitudine plene absolventur, impii vero virga oris ejus morti tradentur excrucianti, XXVI, 20. & ult. ac XI, 4. &c. Impios autem non solum homines mortales, verum quoque angelos malos judicabit Dominus, e II. Pet. II, 4. in XXIV, 21. 12. Vatis nostri, quod Varenio videtur innui: *Visitandus enim ibi dicitur a Domino צבא המרום במרום exercitus altitudinis in excelso*, nomine quo malos venire angelos non absurdum, nam coelestibus se choris immiscere eis familiare est; organis quoque eorum מלכי הארמה על הארמה regibus terra in terra adversus Jehovam & Christum ejus conspirantibus, novissimum indicitur supplicium, *pre multitudine dierum ut desiderentur*. Inter illos eminet Anti-Christus, impius ille, nomine Armilli quem innuat Hebræi ac Spiritu laborum Messæ aliquando interficiendum docent e XI, 4. Vatis nostri ac Targum Jonathani. Vid. de judicio eorum, qui se Christo opponunt. XXXIV. & XXXV-2. &c. Venit enim Dominus ad ostendendam in excandescencia iram suam ac increpationem suam realem cum flammis ignis, multiplicabuntur unde a Domino confossi, LXVI, 15. 16.

Finis.

Forma.

§. 3. Quænam ratio judicii extremi sit futura, e dictis jam colligi poterit. Idea augustissimi judicii *öffentl. & öffentlich* in publico

publico angelorum & hominum cunctorum theatro administrandi nobis in Scriptura depingitur, docente Ven. Dn. Præside in Theol. Jud. h. l. Deo specialiora committamus eo modo contententes, ut forti cum animo, quum apparuerit, tollere queamus capita nostra, plenariamque respicere liberationem.

## LOCUS XXXI.

DE

## CONSUMMATIONE SEculi.

**M**undus prouti non semper fuit, nec semper quoque erit. Messias id clare satis docet populum suum alloquens in LI. 6. Tollite; inquit, *in caelum oculos vestros, ac intuemini terram deorsum*; omnium in natura nihil est, aeternitatem quod sapiat, nec quoque semper ea manebunt: *nam caeli sicut fumus, in auras qui solvitur non amplius ut inveniatur, comminuetur & evanescent, ac terra sicut vestis veterasceat & consumetur*: nec enim hypothetica comparatio *Kimchii* & aliorum, qua citius peritura dicantur caeli ac terra quam salus & justitia Domini, locum hic habere potest, oppositio quum detur exacta inter caelos, terram, ejusve inhabitatores ac justitiam & salutem Domini; illa ratione destituta proprie interibunt non solum quoad externam figuram sed quoque secundum substantiam, docente *Varenio* ac quoque *Schmidio*: mortales proprie morientur: *in aeternum vero manebit salus ac justitia Domini*, coll. LIV, 10. Innovandum tamen mundum aspectabilem, e Patribus multi ac cum eis alii quoque e l. c. collegere, id ipsum novi caeli ac novae terrae vocabulo, novorumque Solymorum nomine, LXV, 17. 18. alibique inveni ducentes, omnimodam caeli ac terrae abolitionem, quod ipsum plurimis ac *Schmidio* quoque indicat, quum caelum ac terra vetus quoque aboleatur; nam *ad quid profum*, inquit modo dictus, *caelum & terra creatura hujus mundi, ubi regnum caeli novi ac novae terrae plena in gloria & flore erit?* Imaginem seculi consummationis in populorum calamitatibus cernere erit: in iis quoque describendis saepiuscule unde e seculi consummatione non incongrue desumitur phraseologia. Vid. XXXIV. 1-4. &c.

## LOCUS XXXII.

DE

## VITA ÆTERNA.

§. I.

Vita  
datur

Vera vita quum non sit nisi ubi feliciter vivitur, vita beata *vite* nomen recte demum merebitur, IV, 2. 3. misera vero vita mors potius dicitur quam vita. Vita hujus primordia autem hac in vita filii Dei licet concedantur, in futura tamen ea consummanda. Incipiunt cæli novi & nova terra in regno gratiæ: imperfecte autem in iis quum vivamus, perfectio dilata est in regnum gloriæ: veterique proinde cælo ac veteri terra, vitæ temporali quæ inseruiunt, opus habemus, donec hanc vitam exuamus, quod ubi in resurrectione mortuorum fiet, vetus cælum ac terra abolebitur ac nihil erit nisi novum cælum & nova terra, gaudiumque nostrum ineffabile. LXXV, 17. 18. docente *Schmido*, non refragante *Luthero*. Vita hic demum vere ac perfecte beata datur, nomine *חַיִּים עוֹלָמִית* *salutis æternitatum*, nullis seculis terminandæ felicitatis quæ venit XLV, 17. &c.

a Deo

§. 2. Vita autem beata a Deo est ac vere in Messiam, eam omnibus qui promeruit & fidelibus largitur, credentibus datur: nec enim vitæ participes futuræ nisi electi Dei, *semen Israël*, *illi quorum nomina ad vitas scripta*, LXVI, 22. ac IV, 3. *veri Israëlites*, XLV, 17. *redempti febova*, vera fide sine impedimento incedentes, XXXV, 9. 10. e terris cælis copulandi: nam vere est *merces justis ac ultio impiis*, *Jonathan pti na ex ppa* & illud Vatis nostri in XXI, 17. *Venit mane ac etiam nox*.

piis.

Forma.

§. 3. Videamus autem inprimis, qua beatitudine pii in cælo fruantur, oportet; ineffabilis vero ac perfecta illa felicitas hac in vita a nemine quidem concipi, eoque minus exacte tradi poterit: valet enim hic, *neque oculum vidisse, neque aurem audivisse, neque in mentem hominis venisse, qua paravit Deus cui-libet vere in se speranti*, LXIV, 3. coll. I. Cor. II, 9. 10. Interim tamen quadam ratione e nomine vitæ ac salutis æternitatum, quæ omnia fausta ac salutaria complectitur, beatitudinis hujus ratio colligi poterit. Deo sane præsentis pii modo perfectissimo Deum in lumine gloriæ cognoscent ac videbunt, intellectus ut eorum Dei  
con-



contemplatione plenissime fatietur & tranquilletur, amoreque illum summum ac perfectum utpote bonum, nativa quod contemplati luce, intensissimo prosequuntur, voluntas eorum ut omnis Dei amore sancte exardescat ac quasi rapiatur: non potest non unde fieri quin gaudium plus quam ineffabile oriatur in palatio, ferme ineffabiles ejus uti omnium bonorum quum fuerint primitiæ jam in carcere vitæ hujus. Vid. LXV, 13—18. LXVI, 10—14. Dixit sane Dominus: Vere quemadmodum cæli novi ac terra nova coram me sunt constituenda, sic stabit semen vestrum & nomen vestrum: ac erit, numerando ab uno mense vel neomenia una usque in alterum mensens vel neomeniam, ac de sabbato in alterum sabbatum sine impedimento, suo stricte tempore, semper ut veniat omnis caro, gentes cum Judæis, ad incurvandam se coram me: peracto autem sabbati sui cultu quasi delectationis gratia expatiaturi pii sunt & visuri damnatos, docente Schmidio ex LXVI, 22—24. Exitio erepti Sionem redibunt cum cantu ac gaudium eternitatis erit in capite ipsorum: gaudium ac lætitiæ assuequenter de fugient moror & gemitus, XXXV, 9. 10. nam aberunt, quæ ullo modo animam vel corpus, participatione cælestis felicitatis illud siquidem beare divino placuit numini, alterare aut affligere, mœroremque vel lacrymas elicere poterant, XXV, 7. 3. Ista beata vita divinæ majestatis gloria maxime illustri se ratione ostendit, quam celebraturi electi Domini lingua juxta quosdam cVI, 1—4. Hebræorum.

## LOCUS ULTIMUS

DE

## MORTE AETERNA.

S. I.

**I**n felicissimum omnium statum mors nobis sicut aeterna corporis Mortis & animæ cum intensissimo maledictionis sensu semper conjuncta, cujus in hac vita præludia mentis male sibi conscia terrores, iræque divinæ sensus intimus merito dicuntur. Vocabulo תהומות a Vate nostro in XXX, ult. supplicia mortis aeternæ inuicem existentiæ. censentur Doctoribus: fuit nempe olim Topheth locus amplius in valle filii Hinnomi. תהומות quæ quoque dicebatur, pronuntiationis unde facilioris gratia vox תהומות ac Gehenna conflata, loco Topheth qua usus hic Jonathan, amœnus quidem ac eo ab idololatriæ

Iohannis celebratus, verum *αἰθρῶ τοῦ πυρός* ignea infamis cremandisve  
 foribus piis sub regibus Israël destinatus, docente *Coccejo*, ad τὴν  
 πῶν βασίλειαν ac ipsos cruciatus optime translatus. Dicitur quoque  
 מִסְרָא miseriam status nobis incognitus fere, V, 14. a Deo autem  
 Infigens  
 eam. justo iudice ac peccatorum vindice *ordinatus ab heri*, i. e. jam ante  
 mortem, vel ipsa in novissimo agone teste conscientia, docente  
*Kimchio*, vel a seculis cum *Jonahane*, non autem præcise die se-  
 cundo in creationis hexaemero, ille dies quia solum habuerit heri,  
 Promerens  
 cum *farchi*: imo factus est & profundissimus & latissimus. Omnis  
 מִסְרָא qui seducitur, vel seducit semetipsum per concupiscen-  
 tiam suam, eo incidit, docente eodem ad Topheth alludente ad l. c.  
 &  
 subjectum. Inde Messias quoque L, ult. ait: *Impii vos sane omnes iusto Dei ju-  
 dicio accendentes ignem, flammis vos circumcingentes: ite in focum  
 ignis vestri ac flammis quas accendistis ac vobis ipsis exalperastis:  
 e manu mea hoc vobis est, in dolore jacebitis aeternum.* Mortis aeter-  
 nae ac absumptionis hæc fovea, XXXIIX. 17. jam dilatavit semet-  
 ipsum ac distendit os suum in immensum, ut absorbeat ad unum omnes  
 ac descendat honor uniuscujusque, & multitudo, imo quotquot deliciis &  
 voluptatibus carnis vivunt, V, 14. coll. LXVI, ult. Omnes abomi-  
 nationes sunt fumus in naso Domini, ignis ardens omni die, LXV. 5.  
 Magnificentissimus Dei irati halitus per modum torrenis sulphurei  
 incendit & sustentat πῦρ ἀσβεστον in Topheth τῷ Διαβόλῳ ἢ ἀγγέ-  
 λῳ αὐτῷ ἡτοιμασμένον, XXX, ult. Vid. XIV, 9 - 20. de in-  
 ferno regi Babylonis reliquisve impiis parato cum Diabolo.

Forma.

§. 2. Damnatorum vero status erit in flamma infinita, qua  
 proinde erit æternum damnatorum habitaculum, in quo omnibus  
 bonis omnino privati omnia sentient mala in æternum damnati;  
 nam durabilis imo infinita gehennæ constitutio erit ignis & ligna  
 multa, Dei halitus vel verbum, uti *Jonathan* habet, accendet pyram,  
 XXX, ult. Vermis adeo eorum, in Deum qui prævaricati sunt, non morietur  
 ac ignis eorum non extinguetur: exquisitissimis iisve æternis pœ-  
 nis erunt obnoxii: ac erunt nausea omni carni in æternum, LXVI,  
 ult. & pudescent, XLV, 24. &c. Ita deprimitur enim homo ac humili-  
 habiatur vere vir, oculique aliorum deficientur, & exaltabitur *Jebozab*  
*Dei exercituum* in iudicio ac Deus ille sanctus sanctificabitur  
 vere per justitiam, III, 15. 16. cui in  
 excelsis Gloria.

FINIS.


153 635


AB 153635 (1)



Vb 17







3.

# THEOLOGIA JESAIANA,

<sup>e</sup>  
TOTO VOLUMINE JESALÆ VATIS,  
secundum seriem Locorum Theologorum omnium  
breviter delineata,

<sup>ac</sup>  
PRÆSIDE  
*VIRO summe Reverendo atq<sup>s</sup>, Excellentissimo*  
DN. JO. HENRICO MAJO,  
SS. Theologiæ Doctore, ejusdemque &  
Linguar, Orientis Professore Ordinario celeberrimo,  
Ecclesiarumque Alsfeldensis Marburgensisque distri-  
ctus Superintendente meritissimo, Consisto-  
rii Assessore gravissimo, &c.

*Domino, Patrono, Præceptore atque Hospite*  
*omni observantia & obsequii cultu devenerando,*  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJECTA  
dic 7. Augusti MDCCIV.

H. L. C.

<sup>a</sup>  
CHRISTOPHORO HENRICO DORNEMANN,  
Hamb.

---

*GISSÆ-HASSORUM,*  
Typis HENNINGI MÜLLERI.